¶ 2. Adhuc dicis falſuz q̄n negas deū habere nāz. nā iā ꝓbatuz eſt deū hēre naturā ſup̄ in cap. de nā. Uerūtñ non dico ip̄m hēre naturā materialit̄ ex eo q2 ip̄e ē ens infinitū ab oī mat̄ia remotuz ¶ Probatū eſt q̄ deus ē intellect⁹ infinit⁹. ſ3 ip̄e non pōt eſſe intellect⁹ infinit⁹ abſq3 actu infinito / videlic3 intelligere infinito: q2 enti infinito nō ſufficit tm̄ exiſtentia infinita immo req̄rit agentiā infinitā ſic̄ ⁊ exiſtentiā. S3 in ente infinito in q̄ non ē intelligere infinitū / ſunt intelligens / intellectus: a q̄bus tale intelligere egredit̄: ⁊ ſine ipſis eſſe non pōt nec econuerſo: ⁊ iſtos tres dico eſſe beatiſſimā trinitatē. quare planū ⁊ manifeſtū eſt q̄ deus hēt trinitatē. ¶ 3. Et q̄n dicis q̄ deus non hēt trinitatē: ex eo q2 oporteret ip̄m hēre intellectū naturalē: falſum dicis. q2 iā tibi ꝓbatū eſt per ante dicta q̄ deus eſt intellect⁹. ¶ Omne ens infinitū ⁊ intelligens maiorē finē mundi / ⁊ amans magis amabilē finez illius eſt incarnatuz. ratio huius eſt q2 ens infinitū id quod magis intelligit / ipſum magis diligit ratione ſue infinitatis ⁊ equalitatis ſui intellectus / ⁊ voluntatis. Deus autem eſt ens infinitum ⁊ cetera vt per ſe patet. ergo deus eſt incarnatus. ¶ 2. Et q̄ndo dicis q̄ 2



(c) 2006 Ministerio de Cultura

deus non eſt incarnatus.qꝛ ſi eſſet incarnatus iam intelligeret ſe
eſſe hominē ⁊ hͦ naturalit̄ ⁊c. reſpondeo ⁊ dico ꝙ deus intelligit
ſe ipm̄ eſſe deū/ ⁊ intelligit ſe eſſe factū hominē:ſꝫ non intelligit ſe
eſſe factū deū.⁊ ſic manifeſta ē differentia exiſtens int̄ deū ⁊ ipm̄
hominē. qꝛ deus inq̄ꝛtū deus ē deus naturalit̄:ſꝫ non eſt factꝰ hō
nālit̄:ſꝫ voluntarie. Sic̄ ſi ponat̄ ꝙ petrus ſit factꝰ martinus/pe
tro remanente in ſuo numero ipe petrꝰ ē petrꝰ nāl'r:ſꝫ nō ē marti
nus nālr̄.⁊ ſic rō tua non ꝯcludit.patet ḡ ꝙ deus ē incarnatus.

## Quomodo deus non ſit ſua vo luntas. Capi. xxv.

1 H Omerius ſarracenus. ¶ 1.Deus hēt voluntateꝫ
cum qua voluit creare mundū ⁊ oīa creata. non ꝙ
deus ſit ſua voluntas/neq; ꝯuerſo.qꝛ ſi ſic iaꝫ hēret
velle/ ⁊ nolle infinitos ⁊ eternos/ q̄ eſſent ei natura
les actꝰ ⁊ innati ꝑ voluntatē:q̄ ſe pōt hēre ad eligen
dū quodlibet: ⁊ ſic deus poſſet ſe diligere ꝑ velle/ ⁊ odire ꝑ nolle
infinite ⁊ etne. qđ eſt impoſſibile ⁊ ꝯtradictio manifeſta.⁊ qđ eſt
ꝯtra primū capitulū:qđ eſt de entitate neceſſaria:⁊ etiam contra
cap. qđ eſt de vnitate. ¶ 2. Ulterius ſi deus eſſet ſua vo=
luntas iam ſuū velle ⁊ nolle eſſent ab eterno ⁊ in eternum. ſicut
ſua eſſentia.vnde ſeq̄retur ꝙ infinite ⁊ etne diligeret ab eterno ⁊
in eterno creaturas:⁊ odiret eas ab eterno ⁊ in eternū: ⁊ hoc eq̄
liter/eo quia q̄libet actus eſſet infinitus ⁊ eternus.⁊ ſic creature
haberent eſſe ꝑ velle/ ⁊ eſſent in ꝑuatione ꝑ nolle:eo quia eſſent ⁊
non eſſent.qđ eſt contradictio manifeſta. Probatū eſt ergo ꝙ de
us non eſt ſua voluntas. ¶ 3. Probato ſup̄ dicto iam ꝓbatū eſt
ꝑ ꝯñs ꝙ in deo eſt impoſſibilis trinitas.nā pater non poſſet ſe vel
le eſſe patrē infinite ⁊ eterne ſine infinita ⁊ eterna poteſtate volū
tatis. Et ſimilit̄ poteſt dici de filio/ ⁊ ſpū ſancto.⁊ ſic ſua volun=
tas cū ſua poteſtate eſſet deus/qđ eſt impoſſibile.ḡ patet ꝙ in deo
2 non eſt trinitas. ¶ 1.Si deus eſt incarnatꝰ iam cū ſua volunta
te vult/ꝙ in xp̄o deus ſit hō ⁊ hō ſit deus.ita ꝙ xp̄s ſit deus ⁊ hō:
ſed ad hͦ diuina voluntas non ſufficeret/poſtq̄ꝫ ipſa non eſt deus.
Nā habitus non ſufficit ad cauſandū habituatū ſimplicit̄.habitu
atus nāq; plus dicit ꝑ ſuā eſſentiā/ q̄ꝫ ꝑ ſuū habitū.ſic homo plus
dicit ꝑ ſuam humanitatem/q̄ꝫ ꝑ ſuam capam:cum qua eſt habitu
atus.patet ergo ꝙ deus non eſt incarnatus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Quomodo deus ſit ſua voluntas. Capi. xxvj.

Raymundus chriſtianus. ¶ Omne ens infinitū eſt voluntas infinita. ſ; deus eſt ens infinitum. ergo deus eſt voluntas infinita. Maiorē ſic ꝓbo. quia ſi ens infinitū non eſſet voluntas infinita / iā voluntas non hēret correlatiuos infinitos: ⁊ ſic eſſet ligatu; / ⁊ impotens tale ens / in q̄tum ipm non poſſet hēre ipos correlatiuos ipſius voluntatis infinite. qd̄ eſt impoſſibile. Q deus ſit ens infinitū / p ſe patet. g̃ deus eſt voluntas infinita. ¶ 1. Et qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet voluntas infinita / ia; ipſe hēret velle ⁊ nolle infinite: reſpondeo ⁊ dico ꝙ non valet / poſito ꝙ voluntas hēret correlatiuos vniformit̄: ſingularit̄ / ⁊ infinite / videlicet vnū volentē et non odientē: ⁊ vnū amatū ⁊ non oditū: ⁊ vnū velle ⁊ non odire. Alioq̄n eſſet deſtructa vnitas dei ⁊ ſingularitas / infinitas / ⁊ eternitas. qd̄ eſt impoſſibile. ¶ 2. Itē qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet voluntas / ꝙ ipſa diligeret ⁊ odiret creaturas ab etn̄o ⁊ in etn̄o ⁊c̄. verū eſſet / ſi eſſet ſic̄ tu dicis: ſ; q̄z non eſt ſic. vt patet p antedicta g̃ ⁊c̄. 1

Probatū eſt ꝙ deus eſt voluntas infinita: ſed deus non poteſt eſſe ipſa ſine correlatiuis voluntatis infinitis / ſine q̄bus ipſa non eſſet infinita. ⁊ ſic ſeq̄ret̄ ꝙ in voluntate infinita ſint volens / volitus / ⁊ velle infiniti: quos diuinā trinitatē vocamus. ¶ 3. Et qñ dicis ꝙ pater non poſſet ſe velle eſſe patrē ⁊c̄. veru; dicis / ſi deus non eſſet infinita voluntas: ſed quia ꝓbatū eſt ſupra ipſum eſſe voluntatē infinitā. ergo ⁊c̄. ¶ Omnis voluntas infinita diligēs effectum / q̄ eſt magis circa infinitatē eſt incarnata: Sed deus ē voluntas ⁊c̄. ergo deus ē incarnatus. Maiorē ſic declaro. quia ſi ſit aliqua creatura exiſtens in altiori gradu nobilitatis / ⁊ bonitatis: que poſſit eſſe creata / aut creanda: ipſa q̄dem quo ad ſe ⁊ ſubiectiue eſt infinita ratione amabilitatis infinite / ei ſupra exiſtētis. Unde ſeq̄tur ꝙ ipſa ſit coniuncta cū tali voluntate infinita. quam coniunctionem incarnationem vocamus. Minorem ſic probo / videlicet ꝙ deus ſit voluntas infinita ⁊c̄. iam patet ſuperius. ¶ Item ſi voluntas finita habeat amare finitum: multo magis deus habet amare infinitum / poſtq̄ ipſe eſt voluntas infinita ⁊ ſic eſt de ſua ratione velle coniungi cū voluntate finita ſubiectiue. quam coniunctionem incarnationem vocamus. ¶ 2. Et qñ 2



(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicis ꝙ ſi deus eſſet incarnatus iam cuȝ ſua voluntate vult ꝙ in chriſto deus ſit homo: ⁊ hō ſit deus / ita ꝙ xp̄s ſit deus ⁊ homo ⁊c̄. non valet. q2 iam ꝓbatū eſt tibi / ꝙ deus eſt voluntas infinita cuȝ qua poteſt velle ad placitū. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ melius fuiſſet ꝙ deus fuiſſet āgelificatus ⁊c̄. reſpondeo ⁊ dico ꝙ angelus eſt altior in natura q̃ȝ homo: tamen hō habet magis extenſam naturā q̃ȝ angelus: eo q2 participat cum omnibus creaturis / inq̃tū eſt compoſitus de corpore ⁊ anima. angelus vero non. q2 ille nō eſt coniunctus ⁊ ſic de⁹ prudenter dilexit volendo ſe ipſuȝ incarnari: ⁊ non angelificari. vt cum omnib⁹ creaturis que ſunt ſui effectus poſſet participare in natura.

## Quomodo deus non ſit ſua virtus. Capi. xxvij.

Homerius ſarracenus. ¶ 1. Deus habet virtuteȝ ratione cuius bene dicitur / deus eſt virtuoſus: ⁊ habet virtuteȝ vt ꝑ ipſam poſſit creare virtutes naturales / ⁊ morales. ⁊ ipſa v̄tus eſt ſic generalis ad oēs v̄tutes ſicut idem martellus ad omnes clauos. vel ad multos ⁊ enſes ⁊c̄. Non dico ꝙ ipſa virtus ſit de⁹: ſicut clauus non eſt martellus. neq3 iuſtitia eſt hō ⁊c̄. Naȝ deus eſt p̄or ⁊ ſua iuſtitia eſt poſterior. ſic̄ hō ⁊ martellus q̄ ſunt p̄us. clauus auteȝ ⁊ iuſtitia poſterius. Rō huius eſt q2 v̄tus dei eſt inſtrumentum vt deus cū ipſa poſſit agere in angelis ⁊ in hoibus iudicando reddere bonū ꝓ bono / ⁊ malū ꝓ malo: ipſe tamen deus non eſt inſtrumentū. ſȝ eſt deus vt ipſe ſit deus. Nā inſtrumentū non eſt ō rōe entis infiniti ⁊ et̄ni. ⁊ ſic iuſtitia dei non ſe hēt ad eū q̄ ad eſſe: ſȝ q̄ ad bū eſſe. Probatū eſt ḡ ꝙ deus non eſt ſua v̄tus. ¶ 2. Item multis alijs rōnibus poſſet ꝓbari ꝙ deus non ē v̄tus / qđ longuȝ eſſet narrare. ſic̄ de⁹ q̄ non hēt ꝯtrariū: v̄tus aūt hēt / videlicet viciū: deus non ē vt acq̄rat meritū. v̄tus aūt ē vt acq̄rat illud. Probatū ē ꝙ deus non ē v̄tus ⁊ ꝑ h̄ ꝓbatur ꝙ in deo non ē trinitas. Nā pater cū p̄tate v̄tutis q̄ non eſt deus / non poſſet ſe facere virtuoſuȝ infinite ⁊ et̄ne in generando filiū / ⁊ inſpirando ſpūȝ ſctūm ⁊ ſic oēs tres pſone eſſent ſcđm q̄d v̄tuoſe: ⁊ non ſimplicit̄. qđ eſt abſurdū dicere. ¶ 3. Itē ſi eſſet trinitas fieret iniuria filio ꝑ p̄reȝ impedienē filiū vt ip̄e filius non ſit pat̄: nec habeat filiuȝ. ⁊ ſic de patre ⁊ filio pōt dici: q̄ impediunt ſpūm ſanctū ꝑ inuidiam vt non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſit ſpirator/ neqȝ ſit filius/ neqȝ pater. que iniuria eſt impoſſibilis in deo/ qꝛ ipſa eſt peccatuȝ. oſtenditur ḡ ꝙ in deo eſt impoſſibilis trinitas. ℭ 2. Si deus ſit incarnatus ipſe facit iniuriam ſue eſſentie: ⁊ etiam ſibi ipſi cũ ſua virtute. ⁊ ſic eſt ꝯtra ſuam iuſtitiam ⁊ ꝯtra ſuã entitatẽ neceſſariã/ ⁊ ſuã vnitatẽ ⁊c. ⁊ ꝯtra ſuam bonitatem/ magnitudineȝ ⁊c. Et talis iniuria eſt ꝑus ⁊ iuſtitia poſterius. ⁊ hoc patet qꝛ hoc qđ eſt ſupius: non debet vniri cuȝ hoc qđ eſt inferius: qꝛ deſcendit: nec ipſum inferius aſcendere debet ad gradum ſibi incompetentẽ. patet ergo ꝙ incarnatio eſt impoſſibilis in deo vt deus non ſit iniuſtus/ ſed iuſtus: nec imprudens/ ſed prudens. Et quando dicis ꝙ filius aſſumpſit carnẽ: non autem paṫ/ neqȝ ſpũs ſanct⁹: ponis ꝙ ipſi iniuriã fecerunt ſibi ipſis/ quia non aſſumpſerunt carnẽ: ſicut ⁊ fili⁹. cum ipſi teneantur ita exaltare vniuerſuȝ creatũ ꝑ incarnationem: ſicut fecit filius. ⁊ qꝛ in deo non põt eſſe iniuria. patet ergo ꝙ tua fides nihil eſt. 2

## Quomodo deus ſit ſua virtus. Capi. xxviij.

Raymundus chriſtianus. ℭ Omne illud ens infinitum qđ diſtat magis a vicio eſt virtus. Deus autem eſt illud ens infinitum ⁊c. ergo deus eſt v̄tus. Maiorem ſic declaro/ ſi enim ens infinitũ non eſſet v̄tus/ iam ipm̃ non hẽret cũ quo diſtaret magis a vicio: ⁊ ſic eſſet finituȝ. ſic̃ aqua non diſtaret magis ab igne q̃ eſt calidus: ſi ip̃a non eſſet frigida. Minor ꝑ ſe manifeſta eſt. videlicet ꝙ d̃us ſit illud ens infinitũ ⁊c. ḡ deus eſt virtus. ¶ 1. Et quãdo dicis ꝙ deus non eſt v̄tus falſuȝ dicis/ qꝛ probatũ eſt ſupius ꝙ deus eſt v̄tus. ¶ 2. Itẽ qñ dicis ꝙ deus non hẽt ꝯtrariũ: ſȝ v̄tus hẽt ꝯtrariũ falſuȝ dicis/ q̃tuȝ ad v̄tutẽ infinitã: corã qua nullũ viciũ ſtare poteſt: ſȝ verũ dicis/ q̃tum ad v̄tutẽ moralẽ ſiue creatã/ ſic̃ iniuria q̃ eſt ꝯtra iuſtitiã: ⁊ infidelitas ꝯtra fidelitatẽ a deo datã. ℭ Probatũ eſt ꝙ deus eſt virtus infinita: ſed v̄tus infinita non põt eſſe abſqȝ correlatiuis infinitis: ſicut ⁊ multo magis v̄tus finita que non poteſt eſſe ſine correlatiuis finitis. vt ꝑ iuſtitiã hominis manifeſtatur. q̃ quidẽ non poteſt eſſe abſqȝ iuſtificante/ iuſtificato/ ⁊ iuſtificare. habet ḡ v̄tus dei correlatiuos coeſſentiales infinitos/ videlicet virtuificantem/ tiũ/ ⁊ are. quod diuinã trinitatem vocamus. ſicut deus pater q̃ cognoſcit ſe infinite bonum magnum ⁊c. 1



(c) 2006 Ministerio de Cultura

⁊ ſic iuſtificat ſe infinite in ſuis rationibus in producendo filium bonum/magnū/eternum ⁊c.⁊ ipſi innicē videlicet pater ⁊ filius iuſtificant ſe inſpirando ſpūm ſanctū/ratione cuius diſtant infinite ab iniuria. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ deus non eſt v̄tus cum qua ſit pater ⁊ cetera.falſum dicis/vt iam ſuperius probatum eſt.

¶ 4. Itē qñ dicis ꝙ pater iniuriatur filio ⁊c. falſum dicis:vt in capi.ſingularitatis ⁊ vnitatis dictū eſt/immo dico tibi ꝙ pater iniuriaret filio ſi ipſe pater iniuriaret ſibi ipſi/ deſtruendo ſuam pa
2 ternitatē vnā infinitā/⁊ ſingularē. ¶ Probatū eſt ꝙ de⁹ ē v̄tus infinita/Iccirco per ipſam probabo ꝙ ipſe eſt incarnatus ⁊ hꝫ ſic Omnis virtus infinita q̄ non poteſt quieſcere niſi producat maiorem effectū creatū quo maior non poſſit ~~incarnari~~:eſt incarnata.Sed deus ~~non~~ eſt virtus infinita ⁊c.ergo deus eſt incarnatus Maiorem declaro ſic/ q: v̄tus infinita ratione ſue infinitatis poteſt creare ens/ſiue effectū in altiori gradu ſummitatis virtutis create. ⁊ hoc ratione ſue poteſtatis infinite. Et ſicut hoc poteſt illud idem intelligit ſuus intellectus.⁊ hoc idem ſua voluntas diligit ⁊ ſic equaliter quieſcunt per incarnationē que eſt in altiori gradu ſummitatis virtutis create. Minorem ſic declaro:probatum eſt ꝙ deus eſt infinit⁹/⁊ niſi ipſe eſſet incarnatus iam ipſe non poſſet quieſcere cum ſubiecto finito vſqꝫ quo ſublimaret ipſū cū ſuis rationibus ſic/ꝙ magis ſublimari non poſſet/videlicet ꝙ ipſe deus faceret ſe hominem/ ⁊ hominem deum. Sicut rex non poſſet magis ſublimare ſuum ſeruū induendo/ ꝙ̄ ſi ipſe indui faceret eum eo precioſo panno quo rex indutus eſſet:patet ergo ꝙ deus eſt incarnatus. ¶ 2 Et quando dicis ꝙ ſi deus eſſet incarnatus ipſe faceret iniuriā ſue eſſentie ⁊c.verum eſſet/ſi ipſe dimitteret ſuam deitatem/⁊ aſſumeret humanitatem.ſed quia aſſumpſit humanitatem cum ſuis rationibus vt magis diligatur ſua bonitas/magnitudo/poteſtas ⁊c.ideo non iniuriatur ſibi ipſi/nec ſuis rationibus. Sicut cauſa que eſt bona/magna ⁊c.non iniuriatur ſue bonitati/magnitudini ⁊c.ſi ipſa cauſet bonum ⁊ magnum effectum:patet ergo ꝙ deus non iniuriatur ſibi ipſi per incarnationem. Immo tu ſarracene iniuriaris deo/⁊ ſue bonitati/magnitudini ⁊c.in quantum dicis alibi ꝙ ſi deus eſſet incarnatus non ſufficeret ei poteſtas ad remunerandum in altiori gradu virtutis in quo erat ante. ⁊ ſic attribuis ei poteſtatem finitam:⁊ etiam negas ei poteſtatem infinitā/bonitatem/magnitudinē/intellectū

a creari

(c) 2006 Ministerio de Cultura

voluntatem/ ⁊ virtutem. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ pater ⁊ ſpūs ſanctus fecerunt ſibi ipſis iniuriam ⁊c̃. reſpondeo ⁊ dico ꝙ ſi pat̃ eſſet incarnatus: ⁊ ſic de ſpū ſancto/ iam pater eſſet filius: et ſic deſtrueret̃ vnitas/ ſingularitas/ paternitas/ ⁊ filiatio. quod eſt cō tra capi. vnitatis/ ⁊ ſingularitatis qđ eſt impoſſibile. ¶ Amplius tanta fuit exaltatio vniuerſi per incarnationem filij dei. ꝙ vniuerſum non fuit capax ad recipiendum altiorem exaltationē. nam aliter filius dei non fuiſſet ſufficiens ad exaltationez vniuerſi in altiori gradu quo potuit exaltare. quod eſt impoſſibile cum ipſe ſit infinitus.

# Quomodo deus non ſit ſua veritas. Capi. xxix.

Homerius ſarracenus. ¶ 1. Deus habet veritatē cum qua verificat entia creata: ⁊ omnes veritates/ ſed ipſe non eſt veritas. quia ſi ſic/ iam intellectus q̃ non eſt deus eſſet ſuus habitus: cum quo intelligeret ſe ipſum ipſa exiſtente infinita ⁊ eterna. quod eſt abſurdum dicere: videlicet ꝙ ens infinitum ⁊ eternuz habeat habitum: qꝛ habitus eſt accidens: quod de ratione infinitatis ⁊ eternitatis nullo modo eſſe poteſt. oſtenditur ergo manifeſte ꝙ deus non eſt veritas. ¶ 2. Item ſi deus eſſet veritas: oīa ſecreta reuelaret/ ⁊ omnes falſitates ⁊ omnia falſa deſtrueret. Naz contraria entis infiniti ⁊ eterni ſtare non poſſunt contra illud. hoc autē veritas non facit/ quia plura ignoramus q̃ȝ intelligimus: quare ⁊c̃. Probatum eſt ꝙ deus non eſt veritas. vnde ſeqtur ꝙ non ē trinus: qꝛ ſi deus eſſet veritas/ deus pater non eſſet ſimpliciter pat̃: ſed ſecunduȝ qđ. ⁊ ſic de filio ⁊ ſpū ſancto. quia veritas non ſufficeret ad hoc/ cum ſit finita. Ens enim finitum non ſufficit ad eſſendum cauſa entis infiniti/ tu autem dicis ꝙ deus pater eſt vere pater infinite ⁊ eterne. ⁊ ſic de filio ⁊ ſpū ſancto. quod eſt manifeſte falſum. ¶ 3. Ulterius illud quod intellectus diuinus non poteſt intelligere: veritas diuina non poteſt verificare. rō huius eſt qꝛ deus non credit neqȝ habet fideȝ: ſȝ intelligit. deus non poteſt intelligere ꝙ ſit filius ſine matre/ ſic̃ non poteſt intelligere ꝙ ſit filius ſine pr̃e: tu autez dicis ꝙ filius non hēt matrem diuinaȝ. hoc idē dico ꝙ deus non pōt intelligere in ſe locū/ tp̄s/ motū/ diuiſiōeȝ ⁊c̃. quos hēret in ſe ipſo: ſi pater generaret filiuȝ: qꝛ generatio ſine

(c) 2006 Ministerio de Cultura

predictis non poteſt eſſe intelligibilis.nec per ꝯñs veritas poteſt
2 ꝟificare ea q̄ non ſunt intelligibilia nec poſſibilia. ¶ 2.Adhuc
diuinus intellect⁹ non pōt intelligere ꝙ infinit⁹ ſit ꝯcluſus in loco
finito vʒ in vtero ꝟginis Marie: nec immobile ſcʒ deus deſcen-
dat de celo ad aſſumendū carnē in terra. qꝛ qđ eſt immobile infi
nite ⁊ eťne nõ pōt eſſe mobile in tꝑe ⁊ loco. ¶ Item deus non
pōt intelligere ꝙ minor cauſa ſit cauſa maioris ⁊c̄. nam aliter oē
qđ eſt poſterius cauſaret id qđ eſt ꝑ̄us.qđ eſt impoſſibile. Appello
aūt minorē cauſaʒ vtilitatē hominū/maiorē aūt diuiſionē dei.qui
diuideret ſe incarnando: Et innouaret ſe recipiendo carnē.⁊ ſic
deus ħ non pōt intelligere:hoc idē ſua voluntas non poteſt velle
nec ſua vnitas vnire ⁊c̄.neqʒ p ꝯñs ſua veritas verificare.Oſten
ſum eſt ergo ꝙ deus non poteſt incarnari.

## Quomodo deus ſit ſua ve= ritas. Capi.xxx.

1 Raymundus chriſtianus. ¶ Probaui inq̄t ꝙ de
us eſt ſuus infinitus intellectus/ ⁊ infinita volūtas
modo aūt ꝓbabo ꝙ de⁹ eſt ſua infinita ꝟitas ⁊ hoc
ſic. Deus intelligit ſe ip̄m intelligentē infinite/⁊ dili
git ſe amantē infinite:⁊ ſic attingit infinitā ꝟitateʒ/ſi
ne q̄ non poſſet ſe intelligere infinitū intelligentē/neqʒ infinituʒ a
mantē.vñ ſeq̄tur ꝙ deus ſit ip̄amet ꝟitas. Naʒ alit̄ ꝟitas eſſet ei
cauſa ꝑ̄ma/⁊ ſic eſſet finitus qđ eſt impoſſibile. q̄re patet ꝙ deus
eſt ſua infinita ꝟitas. ¶ 1.Et qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet ꝟitas:hēret
hituʒ ⁊c̄.verū dicis poſito ꝙ ip̄a ꝟitas eſſet accñs:ſʒ qꝛ ip̄a eſt infi
nita:vt ꝓbatū ē/nō eſt p ſe exiſtens ⁊ ſic ē ſb̄a.nā oē p ſe exiſtens ē
ſb̄a:⁊ ſic patet ꝙ tua rō non ꝯcludit. Probatū eſt ꝙ deus ē infi
nita ꝟitas ⁊ p hoc intendo ꝓbare diuinaʒ trinitatē ſic arguendo.
Nulla ꝟitas ē infinita ſine correlatiuis infinitꝭ.deus ē ꝟitas infi-
nita.ğ de⁹ non ē ꝟitas infinita ſine correlatiuis infinitꝭ. Maior ꝓ
bať ſic. Nullū ens infinitū pōt hēre ſufficientiā ꝟitatis infinite/ni
ſi hēat ip̄aʒ p infinitā exiſtentiā ⁊ agentiā: ſʒ infinitā agentiā non
pōt hēre ſine infinitꝭ correlatiuis infinite exiſtentib⁹/videlicet ve
rificante/ꝟificato/⁊ ꝟificare infinitis. Minor iā ſupius ꝓbať:vñ
ſeq̄ť ꝙ in ꝟitate diuina ſint correlatiui infiniti:q̊s diuinā trinitatē
appellamus. ¶ 2.Et qñ dicis ꝙ ſi deus non ē ꝟitas:iā in ip̄o non
eſt trinitas.ſʒ qꝛ ꝓbatū ē ꝙ de⁹ ē ꝟitas:adeo manifeſtū ꝙ falſum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicis. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ deus non credit/neqꝫ habet fideꝫ
verū dicis. ⁊ qñ dicis ꝙ deus non pōt intelligere filiū ſine matre:
falſuꝫ dicis. qꝛ ipe intellexit adā filiū reſpectu creationis ſine mr̄e
⁊ euā filiā creatā ſine naturalibꝰ parentibꝰ. Unde ſi deus potuit
h̄ intelligere creatiue/multo magis deus pr̄ pōt intelligere deum
filiū eternatiue ſine matre. ⁊ h̄ fuit ſignificatū p̄ euā filiā ade materi
alr̄ tantū/in q̄tum fuit de coſta ade: ſic filius dei ē filius ſine mr̄e:
eo qꝛ ē de eſſentia pr̄is formalr̄ non aūt materialr̄ eo qꝛ pr̄ eſt for
ma infinita ab oī mat̄ia remota/q̄ q̄dem p̄ nullā eſſentiā creatam
pōt impediri. ¶ Ois vitas infinita plaudit hr̄e effectū infinitū 2
ſubiectiue/p̄ quod cognoſcat̄ ⁊ diligatur. Deus ē vitas infinita/
ergo ipe plaudit hr̄e effectū infinitū. Maiorē ſic declaro. Naꝫ
ſicut ignis eſt ſubiectū infinite potentie ad ꝯburendū infinita lig
na: ſic infinita vitas hr̄t poteſtatē ad cauſandū ſubiectū verū/et
infinitū vt p̄ ipſam cognoſcat̄ ⁊ diligatur ipſa vitas infinita. Mi
nor aūt iam ꝓbata ē videlicet ꝙ deus eſt vitas infinita ⁊ ſic ipſi
plaudit hr̄e effectū nouū vū ⁊ ifinitū/cū q̄ cognoſcat̄ ⁊ diligat̄
ipa diuina vitas infinita: ⁊ talē effectū nouū ⁊ vū dico eē infinitū
eo qꝛ deus non potuit altiorē illo creare: neqꝫ exaltare. talis effec
tus ē natura hūana dñi nr̄i Jhu Xp̄i/cū q̄ diuina nat̄a eſt ꝯiuncta
rōne cuius ꝯiunctionis eſt cauſatꝰ effectꝰ verus ſublimis/⁊ infi
nitus. ⁊ ſic v̄e oſtendit̄ ꝙ deus eſt incarnatus. ¶ 2. Et qñ dicis
ꝙ intellectꝰ diuinus non pōt intelligere ꝙ deus ſit ꝯcluſus. reſpō
deo ⁊ dico ꝙ verū dicis/poſito ꝙ ipe eſſet ꝯcluſus ⁊ diuiſus: ſꝫ qꝛ
infinitꝰ eſt: iō non pōt ꝯcludi in faciendo ſe hōieꝫ. qꝛ ipe vult eſſe
infinitū/ſic eſt. ⁊ voluit ſe eſſe hōieꝫ finitū ⁊ ꝯcluſuꝫ in vtero bea
te v̄ginis. Et qñ dicis ꝙ immobile non deſcendit d̄ celo in terrā
verū dicis q̄ ad ſenſuꝫ litteralē: non aūt q̄ ad ſenſuꝫ allegoricū qꝛ
deꝰ pōt velle eē vbiqꝫ ipo remanēte immobili. ſic aīa hoīs q̄ vere
pōt velle eē in capite ⁊ in pede/ipa remanēte immobili ⁊ indiuiſa
¶ 3. Et qñ dicis ꝙ minor cā nō cāſat maioreꝫ vū dicis: ſꝫ maior cā
cāſat minorē. dico maiorē cām/videlicet vt cognoſcat̄ ⁊ diligatur
diuina vitas. ſꝫ dico minorē cām naturā hūanaꝫ xp̄i/habendo reſ
pectū ad ſ̄ dicta. ¶ Itē dico maiorē cām hūanā nām xp̄i habēdo
reſpectū ad vtilitatē totius vniuerſi: ⁊ vt clarius intelligas do ti
bi iſtud exemplū. Poſito ꝙ non fuerit/neqꝫ ē/neqꝫ erit niſi vnꝰ
hō: aīa ipius eſſet pl̄us q̄ corpus. qꝛ aīa poſſet obiectare deū intlli
gēdo diligēdo ⁊ recolēdo: ſꝫ corpus ñ/qꝛ deꝰ non ē imaginabilis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neqꝫ ſenſibilis. ¶ Item corpus ipſius hominis eſſet prius: celum autem ⁊ oīa elementa ⁊ elementata eſſent poſterius. eo qꝛ deum obiectare non poſſunt. ⁊ bonitas illius corporis eſſet propter coniunctionē / quā haberet cum aīa obiectante deum / ipſa non ꝯiuncta cum alijs corporibus. ℭ Et qn̄ dicis ꝙ deus innouaret ſe in aſſumendo carnem / verum dicis inq̄tum ſe fecit hominē / qui non erat / remanente eternitate innouata. ſicut infinitas indiuiſa. Sicut homo habens capam nouam q̄ eſt innouatus per capam: non autem per eſſentiam. qꝛ iam erat homo: ⁊ idē homo remanſit qn̄ habuit capam nouā. ⁊ ſic ꝑ ſupradicta poteſt ꝯcludi de alijs q̄ tu ponis. quare apparet euidenter ꝙ tue rōnes non ꝓcedunt.

## Quomodo deus non ſit ſua gloria. Capi. xxxi.

Homerius ſarracenus. ℭ 1. Deus habet gloriam
1 cum qua glorificat bonos in paradiſo: non ꝙ ipſe ſit gloria. naꝫ oīs gloria hēt cauſaꝫ videlicet efficienteꝫ q̄ dat gloriā. deus aūt non hēt ſup̄ ſe cauſaꝫ dantem ei gloriā. gloriari aūt eſt actus ꝓcedens a forma et materia ⁊ h̄ ꝓpter finē exiſtentē p̄us. ſꝫ efficiens forma ⁊ materia ⁊ act⁹ exiſtunt poſterius. ſꝫ tales cauſe non ſunt d̄ rōne entis infiniti ⁊ et̄ni atqꝫ neccīj vnius ⁊c. patet ḡ ꝙ de⁹ non ē gl'ia. Probatū eſt ꝙ deus non ē gloria. vn̄ in eo non pōt eſſe trinitas: qd̄ ꝓbo ſic. ℭ Pr̄ in generando filiū nō poſſet hēre tantā gl'iaꝫ q̄nta ē ſua eſſentia dina. ⁊ ſic filius nō eſſet tot⁹ gl'ioſus / ſꝫ ſcd̄ꝫ q̄d / ſic pr̄ ⁊ ſic d̄ ſpū ſctō. qꝛ eſſentia pſonaꝝ eſſet infinita: ſꝫ eaꝝ gl'ia finita ⁊ limitata eſſet in tanto ꝙ eſſentia eſſet p̄us: ⁊ gl'ia poſteri⁹ tanq̄ hītus. et ꝑ ꝯn̄s oēs tres pſone eſſent aſſituate in gl'ia mediantib⁹ q̄ntitate / actione / paſſione / ⁊ etiā q̄litate acc̄ntali: q̄s offets in arabico vocamus / oīa iſta ſūt d̄ genere acc̄ntis. ⁊ qꝛ acc̄ntia nō ſūt d̄ eſſentia dei: nec trinitas abſqꝫ hijs eē poſſit. ḡ patet ꝙ deus non eſt trinus

offets pro qualitate

2 ℭ 2. Preterea dinus intellect⁹ nō pōt intelligere dedecus / ⁊ vitupationē dei. qꝛ in talib⁹ deus non pōt hēre gloriā nec delectationē: q̄ p̄dicta hēret / ſi ipſe aſſumeret carnē. Adhuc vt patet ꝑ exēplū. aīa in hoīe hēt triſtitiā ⁊ paſſionē: quando corpus affligitur et hoc ratione vnionis anime ⁊ corporis. ⁊ homo qui eſt coniunctus patitur ꝑ animam ⁊ corpus. A ſimili ſi xp̄s fuerit in cruce deus et homo: ipſe paſſus fuit quo ad diuinitatē ⁊ humanitatē

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ratione vnionis deitatis ⁊ humanitatis. Intellectus aũt diuinuſ nullo modo põt intelligere ꝙ deus infinitus/ ⁊ eťnus aliq̃ modo paſſus fuiſſet dolorẽ/ triſtitiã/ ⁊ langorez. Et ſicut h̾ diuinus intellectus non poſſet intelligere: nec diuina voluntas velle/ nec veritas verificare/ neq; diuina gloria in hoc delectationẽ haberet. patet ergo ꝙ deus non poteſt incarnari.

## Quomodo de⁹ ſit ſua gloria. Ca. xxxii.

Raymundus chriſtianus. ¶ Oẽ ens infinitũ intelligit ⁊ diligit ſe eſſe infinitã gloriã: ſ; deus ẽ ens infinitũ. g̃ deus intelligit ⁊ diligit ſe eſſe infinitã gloriaz. Maiorẽ ſic declaro. niſi deus intelligeret ⁊ diligeret ſe eſſe infinitã gloriã: intelligeret ⁊ diligeret ſuã infinitatẽ eſſe impfectã in q̃tũ ipſa infinitas non eſſet capax ad eſſendũ gloriã. aut eſſet impedita p aliã eſſentiã ⁊ ſic ſeq̃tur ꝯtradictio videlicet ꝙ h̾ qȯ eſt infinitũ/ eſſet finitũ ⁊ ꝯuerſo. qȯ eſt impoſſibile. ⁊ ſic declarata eſt maior. Sed minor p te patet eo q: ego ⁊ tu ꝯcedimus ꝙ deus ẽ infinitus. Concludit̃ g̃ ꝙ ipſe intelligit ⁊ diligit ſe eſſe infinitã gl'iaz. ¶ I. Et qñ tu dicis ꝙ deus non eſt gl'ia falſuz dicis vt ſup ꝓbatũ eſt. ſ; ipe non ẽ talis gl'ia qualẽ hñt creature. q: earz gl'ia eſt finita ⁊ noua ⁊ poſterior. ſ; gl'ia dei ẽ ꝑus eo q: eſt infinita ⁊ eťna. ⁊ etiaz q: ipa gl'ia ẽ ſuuſmet finis: ⁊ ſic patet ꝙ tue rõnes non ꝓcedũt. ¶ Nullũ ens infinitũ ẽ gl'ia infinita ſine correlatiuis gl'ioſis ⁊ infinit̃. Deus ẽ ens infinitũ. g̃ de⁹ non ẽ gl'a infinita ſine gl'ioſis correlatiuis ⁊ infinitis. Maior p ſe manifeſta eſt eo q: infinita gloria req̃rit infinitã exiſtentiã/ ⁊ infinitã agentiaz: ſine q̃bus non ẽ infinita. Minor aũt de ſe manifeſta ẽ vt ſupra ꝓbatũ ẽ. g̃ deus hẽt infinitos correlatiuos rõne ſue glorie/ videlicet gl'iantẽ/ gloriatũ/ ⁊ gl'iari infinitos. ⁊ iſtos tres infinite numeratos p diuinũ intellectũ tres intellectos. ⁊ p diuinã voluntatem tres amatos ⁊ p diuinã vnitatẽ tres vnitos/ diuinã trinitatẽ vocamus. q̃libet exiſtente vno. ⁊ p diuinã ſingularitatẽ q̃libet exiſtẽte ſingulari. Et vt intellect⁹ eleuari poſſit mediante gr̃a dei volo tibi oſtendere modũ btĩſſime trinitatis dicendo ſic. Deus intelligit differentiã ſiue diſtinctionẽ int̃ gl'iãtẽ/ gloriatũ/ ⁊ gl'iari. q: ſine differentia ſiue diſtinctione non eſſent tres: nec infinitas poſſet eſſe infinite in ipis. ⁊ ſic ȯ diuina vnitate/ ⁊ ſingularitate ⁊c. ⁊ ideo ſic̃ menſurans menſurat menſurabile cuz menſura. ſic deus nu=

(c) 2006 Ministerio de Cultura

merat ⁊ nominat ipſos tres/⁊ etiā cum differentia coꝝ numerat in ſe ipo multas rōnes/videlicet neceſſariā entitatē/vnitatē/⁊ ſingularitatē ⁊ ſic de cet'. q̄s ponis. ⁊ de illis q̄s ego pono videlicet bonitatē/magnitudinē ⁊c. Non dico ꝙ ipſe rōnes ſint differentes int̄ ſe. nam aliter infinitas eſſet deſtructa ⁊ eſſentia ſcꝫ deitas ſiue ſb̄a diuina. qđ eſt impoſſibile. Sed rōne diſtinctionis ꝑſonaꝝ ſūt multe rōnes. vt infinitas ambiat ꝙ deus pr̄ rōne bonitatis cognoſcat ꝓducere bonū filiū. ⁊ rōne magnitudinis magnū filiū ⁊ ſic de alijs. ſine q̄ cognitione intellectus diuinus non poteſt eſſe infinitus obiectiue/neqꝫ ſubiectiue. ⁊ iſte ē vnus gradus altiſſimorū graduū beatiſſime trinitatis. quē tibi poſſuꝫ notificare de ea vt dictū eſt ſimili modo ſup̄ in capi. vnitatis. ⁊ ideo rogo deū ꝙ ipē det tibi gr̄am ad intelligendū ipm. ¶ 2. Et qū dicis ꝙ in deo non pōt eſſe trinitas eo qꝛ ipē non ē gloria verū eēt/ ſi deus non eſſet

2 gloria. ſꝫ qꝛ ꝓbatū eſt ꝙ deus ē gloria. iō falſuꝫ dicis. rōne cuius tue poſitiones non ꝓcedunt. ℂ Oē ens infinitū hn̄s correlatiuos infinitos ⁊ glorioſos/hēt ſe magis ad illā creaturā hn̄teꝫ correlatiuos glorioſos circa infinitatē exiſtentes: q̄ꝫ ad aliaꝫ non habentē illos/ſic̄ ſimulans ad ſuū magis ſimile. ⁊ hoc diuinus intellectus ignorare ſiue negare non pōt. nec diuina v̄itas falſificare. g̊ patet ꝙ in deo ē incarnatio/correlatiuis glo̾ſis exn̄tibꝰ infinitꝭ in natura hūana xp̄i. ⁊ ſunt infiniti rōne ꝯiunctionis filij dei ⁊ nature hūane. ¶ 2. Et qū dicis ꝙ filius dei non ē incarnatus eo qꝛ intelligeret dedecus/ ⁊ vitupationē dei ⁊c. Dico ꝙ verū eſſet/ſi talia tranſirent in eſſentiā diuinā: ſed non tranſeunt: eo qꝛ infinita ⁊ eterna eſt: ſicut corruptio corporꝭ q̄ non tranſit ad animā ꝯiunctam cū eo. qꝛ ipſa incorruptibilis ē. ⁊ ſic patet euidentr̄ ꝙ tue rōes non ꝓcedunt. ⁊ ſimilis ſolutio ſignata eſt ſ̄. in capi. v̄itatis.

## Quomodo deus non ſit ſua perfectio. Capi. xxxiij.

1 Homerius ſarracenus. ℂ 1. Deus habet ꝑfectionē vt cū ea ꝑficiat creaturas. non ꝙ deus ſit ꝑfectio qm̄ omnis ꝑfectio ſubſiſtit cauſis videlicet agenti ⁊ pacienti/ꝑficere ⁊ ꝑfecto. ⁊ qꝛ ꝑficere ꝯſiſtit in fieri: ⁊ non in facto eſſe. Jō ſunt ante agens ⁊ patiens q̄ꝫ perfectū. quo ad cauſas/⁊ q̄ad tp̄s. ⁊ quia prioritas in deo eſt impoſſibilis. patet manifeſte ꝙ deus non eſt ꝑfectio ⁊ ꝑ ꝯn̄s non eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

trinitas ⁊ hoc ꝓbo ſic. ¶ 2. Tu chriſtiane dicis ꝙ pater gene rat filiũ / ⁊ inuicem ſpirant ſpũm ſanctũ. pater non poſſet ꝑficere filiũ. ⁊ ſic de ſpũ ſancto abſqꝫ ꝑficere. In eſſentiã autẽ infinitam ⁊ eternã / ⁊ neceſſariã vnã ⁊ ſingularẽ ⁊c. perficere tranſire non põt qꝛ perficere ſemꝑ eſt in fieri ⁊ non in facto eſſe. ſed tu dicis ꝙ oẽs tres perſone ſunt perfecte per ꝑficere. ⁊ dicis ꝙ deus ẽ perfectio quod eſt falſum vt ſupra ꝓbatum eſt. Concluditur ergo ꝙ trini tas in deo eſt impoſſibilis. ¶ 2. Tu chriſtiane dicis ꝙ deus eſt perfectus ⁊ ꝙ eſt incarnatus. perfectus / qui vnitus eſt cum impꝛ fecto non poteſt eſſe ꝑfectus. ſicut aqua in vaſe valde calida / ẽ ca lida per accidens ⁊ non frigida. ⁊ ſi aqua vnita eſſet cum vaſe: ⁊ ipſum vas eſſet ignis: iam eſſet aqua calidior / ⁊ ab omni frigidita te remota. A ſimili poteſt dici de incarnatione ſuomodo. ſed hoc eſt valde abſurdum dicere ꝙ deus aliquo modo ſit imperfectus. quare patet ꝙ incarnatio eſt impoſſibilis.

## Quomodo deus ſit ſua perfectio. Capi. xxxviij.

Raymundus chriſtianus. ¶ Omne ens infinitum eſt perfectio. Deus eſt ens infinitum: ergo deus eſt perfectio. Maiorem ſic declaro / qꝛ nullum ens eſt perfectio niſi habeat perfectam exiſtentiam ⁊ agen tiam infinitas. ſed ipſas habere non poteſt / niſi ipm met ſit perfectio. Minor de ſe manifeſta eſt. quare patet ꝙ deus eſt perfectio. ¶ 1. Et quando dicis ꝙ deus non eſt ꝑfectio falſũ dicis. qꝛ tibi probatum eſt ꝙ ipſe eſt perfectio. ⁊ cum dicis ꝙ per fectio habet cauſas verũ dicis de perfectione poſteriori: non au tem de perfectione infinita: qꝛ ipa eſt prius. Probatũ eſt ꝙ deꝰ eſt perfectio: ⁊ qꝛ ipſe eſt infinitus / ideo ipſe eſt ꝑfectio infinita. il la autẽ non poteſt eſſe infinita niſi ſit cũ infinita exiſtentia ⁊ agen tia vt ſupra ſignificatũ eſt. habet ğ deus infinitam ⁊ perfectam a gentiam / ſicut ⁊ exiſtentiam infinitam ⁊ perfectam. Sed deꝰ eſt deus ꝑ infinitam ⁊ perfectam exiſtentiam. ergo deus eſt deus per infinitam ⁊ ꝑfectam agentiam. vt infinitas ⁊ ꝑfectio agentie ⁊ exi ſtentie ſe correſpondeant eq̃liter. ſed deus in q̃ntum exiſtit deus non agit ſe ipm. qꝛ nullum ens agit ſe ipm ſbaliter. ſicut homo qui non facit ſe ipm hominẽ. ğ deus agit ſiue producit deũ vt habeat infinitam ⁊ ꝑfectam agentiam. Deus autem qui producit deuꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dico ipſuꝫ eſſe patreꝫ.eo qꝛ de tota ſua infinita ⁊ ꝑfecta exiſtentia ꝓducit deū filiū infinitū ⁊ ꝑfectū ⁊ ſic reſpiciunt ſe eq̄liter infinita ⁊ ꝑfecta exiſtentia/⁊ infinita ꝑfecta agentia. ⁊ h̄ ꝑ infinitaꝫ ⁊ ꝑfectā bonitatē/magnitudinē/⁊ eṫnitatē ⁊c̄. Et qꝛ eq̄liter ſe reſpiciunt exiſtentia ⁊ agentia in diuina eſſentia ⁊ in eius ꝯnālibus rōnib⁹:iō eq̄liter ſe hn̄t ad ꝓducendū ſpūꝫ ſanctū/vt reſpectus quē hn̄t pr̄ ⁊ fili⁹ inuicē ſit ita infinit⁹ ⁊ ꝑfect⁹:ſic ſunt exn̄tia ⁊ agētia eoꝝ.⁊ iſtos tres diuinā trinitatē dicimus.q̄ q̇dē oſtendit̄ in tanto rōnabilit̄ ꝙ intellect⁹ hūanus ipam negare non pōt rōnabiliter.

¶ 2.Et qn̄ dicis ꝙ ꝑficere non tranſit in eſſentiā dī eo qꝛ ꝑfectio ſemꝑ eſt in fieri:⁊ non in facto eē falſuꝫ dicis.poſito ꝙ tranſeat in eſſentiā infinitā ⁊ eternā:in q̄ non ē locus/tp̄s/mot⁹/nec ſucceſio ſꝫ in q̄ʒtū ꝑficere ꝯſiſtit in eſſentia finita ⁊ noua.verū dicis.⁊ ſic rō
2 nes tue non ꝓcedunt. ¶ Probatū eſt ꝙ deus ē ꝑfectio.⁊ qꝛ ipa ꝑfectio ē infinita/ iō ſe hēt magis ad creandū magis ꝑfectū q̄ȝ minus ꝑfectū. Et ſimilit̄ ſe hēt magis ad creandū maius bonuꝫ/ q̄ȝ minus bonū.⁊ magis magnū/q̄ȝ minus magnū ⁊c̄.vt hēat eq̄leꝫ modū in cauſando cū infinita bonitate ⁊ magnitudine ⁊c̄. ſic hēt cū infinita ꝑfectione.⁊ h̄ ſimilit̄ pōt intelligi de infinito intellectu: q̄ h̄ intelligit.⁊ d̄ diuina voluntate q̄ h̄ diligit.⁊ ſic oſtēſa ē diuina incarnatio.vt infinitas ſit cōmunis oībus rōnib⁹ ſupdictis in creando ita altā creaturā/ꝙ altior ipa creari non poſſet/ q̄ ad rōneꝫ infinite bonitatis/magnitudinis ⁊c̄. Tamen non dico ipaꝫ creaturā eſſe capacē ipius altitudinis q̄ ad ſuā naturā:ſic humana voluntas/q̄ non pōt aſcendere ad amandū deū ꝑ ſuā naturaꝫ abſq̄ꝫ caritate:ſꝫ qꝛ diuina nā ꝯiuncta ē cū nā hūana xp̄i/iō penetrat ⁊ ſuptranſit oēs creat̄as.⁊ ſup̄ oēs exiſtit finis ⁊ perfectio.⁊ de iſta materia iā ſumus loquuti ſup̄ in cap.de v̄itate. ¶ 2.Et qn̄ dicis ꝙ ꝑfectus q̄ vnit̄ cū impfecto non pōt eſſe ꝑfectus/ verū dicis/ſi intelligas de ꝑfecto ꝯiuncto cū impfecto rōne peccati:ſꝫ/ſi ſumm⁹ ꝑfectus ſit ꝯiunctus cū impfecto ſine pctō/tranſeundo ad ſūmaꝫ ꝑfectionē creatā vt ſupdictū eſt/falſuꝫ dicis/⁊ do tibi iſtud exemplū. Anima hōinis in via ē impfecta/ eo qꝛ ē ꝯiuncta cū corpore corruptibili:⁊ ipa ē incorruptibil'.ſꝫ qn̄ corpus ē gl'ificatū in paradiſo/tunc aīa non ē impfecta rōne corpis/qḋ n̄ ē tūc corruptibile. ⁊ qꝛ das ꝯparationē d̄ igne/⁊ d̄ aq̄/falſā ꝯpationē dic'.qꝛ ignis ⁊ aq̄ ſūt ꝯtrarij̄ ꝑ calid̄ ⁊ frigidū:ſꝫ nā dīna ⁊ hūana nō ſūt ꝯtrarie ꝑ bonū ⁊ malū:q̄re manifeſtū eſt ꝙ tue rōnes non ꝯcludunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Quomodo deus non ſit ſua iuſticia. Cap. xxxv.

HOmerius ſarracenus. ¶1.Deus habet iuſtitiam 1
cū qua iudicat bonos ⁊ malos. vt iam dictū eſt: ſed
ipſe non eſt iuſtitia. Naȝ ſi eſſet iuſtitia/iudicaret ſe
ipſuȝ infinite ⁊ eterne eo qꝛ ſua iuſtitia eſſet infinita
⁊ eterna/hn̄s actū infinituȝ ⁊ eternū.deus vero nō
indiget iuſtitia ꝙ̄ ad ſe/eo ꝙ non agit bonū neqꝫ malū in ſemetipſo
ſed indiget hēre ipſam in creatis in tp̄re/⁊ in loco:vt ſit iudex.non
aūt in infinitate ⁊ eternitate. ꝓbatū eſt ḡ ꝙ deus non eſt iuſtitia.
Per h̄ quod eſt dictū de iuſtitia pōt ꝓbari ꝙ in deo non eſt trini
tas.qđ probo ſic. ¶2.Poſito ꝙ deus pater ꝓducat deū filium
⁊ ſic de ſpū ſctō.ꝓducit ꝗdem ipꝫ iuſte aut iniuſte:ſed iniuſte non
qꝛ deus non ē iniuria.⁊ niſi ꝓducat ipm̄ iuſte/iā eſt iniurioſus:qꝛ
non ꝓducit eū iuſte. Producit ḡ ipꝫ iuſte/⁊ hoc infinite ⁊ eter=
ne:aut non infinite ⁊ etn̄e. Infinite ⁊ eterne non pōt:qꝛ iuſtitia eſt
finita ⁊ noua. ⁊ non ſufficit ad hoc. nā finitum ⁊ nouum non ſuffi
cit ad actū infinituȝ ⁊ eternū.ꝓducit ḡ pater filiū iuſte cū actu fini
to ⁊ nouo/ ⁊ ꝑ ꝯñs in tp̄re ⁊ loco.⁊ ſic filius ꝗ eſt infinitus ⁊ etn̄us
non eſt totus iuſtus:ſꝫ in parte.⁊ iđ ſua iuſtitia eſt ei habitus defe
ctiuus.ſicut capa breuis capato/⁊ ſicut filius eſt defectiuus ꝑ ha
bitū/ſic ⁊ pater.Sed qꝛ defectus non ē de rōne dei: patet ḡ ꝙ tri
nitas in eo eſſe non pōt. ¶3.Itē aut pater indiget filio aut non.
ſi v̄o indiget illo/iuſte ꝗdē generat eū: verūtamen ipe deus eſt in
digens.⁊ ſic ſeqͭtur ꝙ h̄ quod non indiget cauſat ſe indigenteȝ in
iurioſe.qđ eſt ipoſſibile.ſi aūt dicas ꝙ pr̄ generat filiū ⁊ tn̄ nō indi
get eo/iā ponis ꝙ pr̄ iniuriat̄ ſibi ipi ex eo ꝙ agit ſupflue ⁊ in va=
nū:⁊ extra terminū ad quē.qđ ē falſuȝ ⁊ impoſſibile. Nā oīs pat̄
generat filiū ꝓpter finē videlicet vt multiplicet ſuā ſpeciē.ſꝫ dn̄s
non indiget multiplicatione.nā infinitus ⁊ etn̄us ē.⁊ qꝛ oīa ſupra
dicta falſa ſunt ⁊ impoſſibilia.ſeqͭtur ḡ ꝙ trinitas in deo eſſe non
pōt. ¶2.Si deus ē incarnatus iniuriā fecit angelis qꝛ non aſ= 2
ſumpſit naturā angelicā.cū angelus ſit prius ⁊ hō poſterius.⁊ eti
aȝ fecit iniuriā multis hominib⁹:qꝛ non aſſumpſit carneȝ ab eis/
ſꝫ ab vno tantū. ¶ Itē iniuriatus ē ipi nature:quā aſſumpſit.qꝛ
eaȝ in ꝑ̄ncipio mūdi non aſſumpſit. Et ſimiliter iniuriatus ē xp̄o
qꝛ ꝑmiſit eū pati paupꝫtatē/dedecus/flagella/⁊ mortē in cruce. et



(c) 2006 Ministerio de Cultura

iſta iniuria figurata fuit in cruce. qñ dixit bis in ea xp̄s. Deus me us quare dereliq̄ſti me. ⁊ ideo multa ſup̄dicta ſunt erronea ꝓpt q̄ iuſtitia dei non poſſet pati ꝙ ip̄z deū ꝑmitteret incarnari.

## Quomodo deus ſit ſua iuſtitia. Cap. xxxvi.

Raymundus xp̄ianus. In nullo ente infinito iuſtitia eſt habitus. q2 ſi ſic iā ip̄m ens eſſet finitum inq̄ꝫtum ip̄m ens ſine inſtrumento videlicet iuſtitia non poſſet agere. ergo iuſtitia non ē habitus in ente infinito videlicet in deo. ⁊ q2 tu ponis iuſtitiā habitū eſſe in deo q̄ non ꝯuertitur cū eo falſuꝫ dicis. Nam iuſtitia diuina ꝯuertit̄ cū deo ⁊ hoc ſic. ¶ Oē ens infinitū iuſte ſe intelligēs ⁊ amās ⁊c̄. eſt iuſtitia. Deus eſt ens ⁊c̄. ergo deus ē iuſtitia. Maiorem ſic declaro. niſi ip̄m ens infinitū eſſet iuſtitia/ iam ip̄a iuſtitia non ſufficeret iuſte infinito iuſto intelligere ⁊ amare/ eo quia eſſet finita aut ens infinitū haberet ſuꝑ ſe cauſas. qđ eſt impoſſibile. Minor per ſe eſt manifeſta. ergo deus eſt iuſtitia. ¶ 1. Et quando dicis ꝙ ſi deus eſſet iuſtitia iudicaret ſe infinite ⁊ eterne. verum dicis ſecundum ꝙ ageret in ſe ip̄o infinite ⁊ eterne. nam iuſtitia eſt reddere vnicuiqꝫ qđ ſuū ē. non aūt dico ꝙ ip̄e agat in ſe ipſo iudicādo de commiſſis. q2 in ſe ipſo neqꝫ extra ip̄m potuit agere iniurioſe/ poſtq̄ꝫ ipſe eſt infinita iuſtitia. ſicut non pōt agere malum in ſe ipſo nec extra ſe ipſum poſtq̄ꝫ ip̄e eſt infinita bonitas. ⁊ ſic omnibus conſideratis ſupradictis manifeſtuꝫ eſt. ꝙ tua conſideratio eſt falſa ⁊ erronea. ¶ Dictum eſt ſupius ꝙ iuſtitia eſt reddere vnicuiqꝫ quod ſuum eſt. ⁊ etiam probatū eſt ꝙ deus eſt iuſtitia. Iccirco propter hoc intendo probare beatiſſimam trinitatem ⁊ incarnationem. ⁊ primo trinitatem dicendo ſic. ¶ Deus ē ens neceſſariū ⁊ eſt vnus ⁊ ſic per totam lineam vſqꝫ ad hoc capitulum qđ eſt de iuſtitia h9 ſecunde partis. ⁊ ideo eſt neceſſarium ꝙ deus reddat ſibi quod ſuum eſt rōne neceſſitatis. ⁊ ꝙ reddat vnitati illud quod ſuum eſt/ ⁊ ſingularitati ſimiliter hoc quod ſuū eſt ⁊ ſic de alijs. Diuina vnitas eſt infinita vt iam probatum eſt. ⁊ ſic deus ratione infinitatis ſue vnitatis tractat iuſte ſuaꝫ infinitam vnitatem/ vnitate habente vnum actum infinitum ⁊ ꝑ conſequens vnū agentem infinitum/ ⁊ vnuꝫ agibile infinituꝫ ⁊ ꝑ iſtos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tres iuſtitia reddit vnitati quod ſuum eſt/videlicet ſuam infinitatem/cum qua vnitas eſt infinita exiſtendo ⁊ agendo. Et ſi eſſet ſicut tu ſarracene dicis/nam iuſtitia non redderet vnitati qđ ſuũ eſt. ⁊ ſic alteraretur in iniuriam. ⁊ vnitas remaneret finita vacua ⁊ occioſa. et quia hec omnia ſunt impoſſibilia ſequitur iuſte et neceſſarie. ꝙ in ipſa vnitate ſint ſui correlatiui ſupradicti ⁊ p cõſequens trinitas. nam illos trinitatem vocamus. ¶ Deus eſt ſingularis vt per me ⁊ te conceſſum eſt in capitulo ſingularitatis cui iuſtitia reddit quod ſuum eſt:per hoc ꝙ deus eſt vnus ſingularis infinitus ⁊ eternus ⁊c̃. ipſo habente infinitam ⁊ ſingularem exiſtentiam ⁊ agentiam in qua agentia ſiue exiſtentia ſit vnus infinitus iuſtus ⁊ ſingularis pater. ⁊ vnus ſingularis ⁊ iuſtus fili⁹. ⁊ ſit vnus ſingularis infinitus ⁊ iuſtus ſpũs ſanctus. ⁊ ſic per trinitatem habet hoc quod ſuum eſt. ſine qua ſingularitas eſſet vacua/occioſa/finita/iniuriata/⁊ de habitu priuationis habituata. quod eſt impoſſibile. quod quidem impoſſibile conuerteretur ad poſſibile ſi eſſet ſicut tu ſarracene dicis. ¶ Probata eſt ergo diuina trinitas. ⁊ ſicut probaui per vnitatem/⁊ ſingularitatem/ita poteſt probari per omnia capitula ſecunde partis. ſed per omnia nolo probare quia prolixitatem volo euitare. ¶ 2. Et quando dicis ꝙ deus pater non poteſt producere filium infinitum ⁊ eternum/eo quia ſua iuſtitia eſt finita ⁊ noua. dico ꝙ falſum dicis immo ſua iuſtitia eſt infinita ⁊ eterna vt ſuperius probatuꝫ eſt ideo es concluſus. ¶ 3. Item quando dicis ꝙ pater indiget filio aut non indiget eo. reſpondeo ⁊ dico ꝙ indiget illo naturaliter ⁊ hoc infinite ⁊ eterne/vt iuſtitia diuina reddat nature diuine quod ſuum ẽ/videlicet ſuos correlatiuos naturales. ſine quibus eẽt finita/noua/vacua/⁊ occioſa/ ⁊ per iuſtitiam iniuriata ſicut dictum eſt in parrafo vnitatis/ ⁊ ſingularitatis ⁊ ſic de aliis rationibus. quod eſt impoſſibile. quare patet ꝙ iterum es concluſus. ¶ Dictum eſt ꝙ iuſtitia eſt reddere vnicuiqꝫ quod ſuum eſt. ⁊ dictum 2 eſt de redditione intrinſeca. modo autem intendo dicere de redditione extrinſeca cum qua intendo probare incarnationem/et hoc ſic. Juſtitia eſt ꝙ diuinus intellectus intellixiſſet altiorem finem mundi in creatione illius ꝙ maiorem illo non potuiſſet intelligere. nã aliter de hitu ignorantie eſſet habituatus ⁊ p ipꝫ iniuriat⁹. qđ eſt impoſſibile. Et ſic dico đ intellectu ita dico đ volũtate diuina ⁊ etiam đ bonitate/magnitudine ⁊c̃. ⁊ oĩa iſta fuerũt iuſte



(c) 2006 Ministerio de Cultura

⁊ hoc humanus intellectus rationabiliter non poteſt negare/po ſito ꝙ diuina iuſtitia reddat vnicuiqꝫ rõni dei in creando qđ ſuū eſt. ſꝫ incarnatio fuit altior finis mundi ꝙ maior non pōt creari/ vt ꝑ ſe patet. ergo manifeſte oſtenſum eſt ꝙ deus eſt incarnatus. ¶ 2. Et qn̄ dicis ꝙ ſi deus eſſet incarnatus faceret iniuriaꝫ angelis ⁊c̄. reſpondeo ⁊ dico ꝙ iā ſolutū eſt ſupra in capi. voluntatis. Et qn̄ dicis ꝙ iniuriam fecit pluribus hominibus qꝛ ab eis non aſſumpſit carnē reſpondeo ⁊ dico ꝙ obiectio tua ſoluta ē in cap. ſingularitatis. q̄re obiectiones tue non procedunt.

## Quomodo deus non ſit ſua miſericordia. Capi. xxxvij.

1 Homerius ſarracenus. ¶ 1. Deus habet miſericordiā vt cū ea parcat peccatorib⁹ facientibus penitentiā de cōmiſſis: deus aūt non eſt miſericordia. qꝛ ſi ſic eſſet/ iā ſua miſericordia ee͞t infinita ⁊ et̄na/ hn̄s actū infinitū ⁊ eternū parcendo ſibi ipi de cōmiſſis ab et̄no ⁊ in et̄no. qđ eſt impoſſibile. deus enīꝫ non peccat: nec peccare pōt. Si aūt non haberet actū ab eterno eſſet occioſa/ occioſitas q̄dē eſt actus ꝓuatiuus vacuus ⁊ vicioſus ⁊ defectiuus: ſed miſericordia et̄na talē habituꝫ habere non pōt. vn̄ ſequit̄ ꝙ deus non ē miſericordia. ¶ 2. Alterius ſi deus eſſet miſericordia/ iam ipa miſericordia eſſet infinita: ⁊ ſic parceret oīa peccata abſqꝫ cōtrictiōe/ ꝯfeſſione/ ⁊ penitentia đ cōmiſſis. ſicut ignis q̄ combureret totā aquā/ poſito ꝙ ipe hr̄et infinitā materiā. licet aqua ꝯtrariaret̄ igni cū ſua magna frigiditate ⁊ ſic deus eſſet ꝯtra ſuam miſericordiā infinitā. qđ eſt impoſſibile. oſtendit̄ ergo ꝙ deus nō eſt miſericordia. ¶ 3. Probatū eſt ꝙ deus non ē miſericordia. rōne cuius in deo non ē trinitas. qđ ꝓbo ſic. Si eſſet trinitas quelibet ꝑſona hr̄et miſericordiā vna ꝑ prius ⁊ altera ꝑ poſterius gradatiꝫ. ꝑ hoc qꝛ pater q̄ eſt pmus hn̄s duas actiones generando ⁊ ſpirando poſſet plus vti miſericordia/ q̄ꝫ filius: nec ſpūs ſanctus. et etiā filius q̄ꝫ ſpūs ſanctus: cū filius ſit actiuus in ſpirando: ſpūtus ſanct⁹ non. ⁊ qꝛ impoſſibile ē ꝙ miſericordia dei exiſtat in eo ali-

2 quomodo impfecta/ nō ſequit̄ ꝙ trinitas non ē in deo. ¶ 2. Tu xpiane dicis ꝙ deus aſſumpſit carnē ⁊ in hoīe paſſus fuit mortē in cruce: vt redimeret humanū genus a peccato originali. ⁊ ꝙ genus humanū non poſſet redimi alio modo ⁊ ſic attribuis effectū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

miſericordie dei defficientibus ei ſua magnitudine/ poteſtate/ et pfectione. quod ē impoſſibile. Patet ergo ꝙ non ē incarnatio: cū miſericordia dei poſſet parcere originale peccatū abſqꝫ incarnatione/ ꝛ ſi potuit/ ꝛ voluit incarnari: ſine cauſa q̄ de incarnatus fuit ꝛ ſic deus fuit imprudens. qđ eſt impoſſibile. ğ q̄cquid dicis de incarnatione eſt erroneū ꝛ falſum manifeſte.

## Quomodo deus eſt ſua miſeri=dia. Capi. xxxviij.

Raymundus chriſtianus. Q deus ſit ſua mia probo ſic. ¶ Oē ens infinitū/ qđ pōt parcere peccata infinita ē mia. Sꝫ deus ē enſ infinitū: qđ pōt parcere peccata infinita. ğ deus ē mia. Maiorē ſic declaro. qꝛ parcere pcta infinita non pōt fieri ſine actu parcē di: nec actꝰ parcendi pōt eſſe niſi ipſe ſit actꝰ mie. ſicͤ actus amādi q̄ non pōt eſſe niſi ipſe ſit actꝰ amoris. ꝛ cū ens infinitū non indigeat inſtrumento eo qꝛ iā eſſet finitū. iō ipſuꝫ ē mia. Minor p ſe eſt manifeſta. q̄re manifeſtū ē ꝙ deus ē mia. ¶ 1. Et qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet mia parceret ſibi ipſi etne ꝛ infinite ꝛc̄. reſpondeo ꝛ dico ꝙ deus ē mia vt ꝓbatuꝫ eſt. ſꝫ non dico ꝙ ipſe parcat ſibi ipſi qꝛ ipſe non peccat ſibi ipſi: nec alicui alteri infinite. qđ apparet per iſtud exemplū. Ignis hēt in potentia cōburendi infinita ligna: et dato ꝙ hēret illa ꝛ cōbureret illa iā non cōbureret ſe ipſuꝫ: ſꝫ ligna: ſicͤ agens q̄ non agit ſe ipſuꝫ: ſꝫ paſſum: ſic deus non parcit ſibi ipſi ſꝫ pctoribus. ꝛ licet ipe ſit mia infinita non ꝓpt̄ h̄ ſeqtur ꝙ ipe hēat actū parcendi infinite eo qꝛ non hēt ſbm: cui parcat infinite ſicͤ ignis q̄ non hēt ſbm in q̄ cōburat infinite. Et in iſto paſſu gaudeant pctores ſpectantes veniā/ ꝛ prolongantes ſe a deſpatione poſtq̄ꝫ deus paratus ē q̄ ad ſe ad parcendū peccata infinita/ poſito ꝙ illa eſſent. ¶ 2. Itē qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet mia/ iā ipſa mia eſſet infinita ꝛ ſic parceret oia peccata abſqꝫ confeſſione/ contrictione/ ꝛ ſatiſfactione: ſicut ignis q̄ combureret totaꝫ aquā ꝛc̄. non valet ratio tua qꝛ in deo mia ꝛ iuſtitia conuertuntur. ignis auteꝫ ꝛ aqua contrariant̄: ꝛ mia non eſt contra actū iuſtitie quare tue rationes non valent. ¶ Probatum eſt ꝙ deus eſt mia: ꝛ probatum eſt ſimiliter ꝙ ſi eſſet ſbm infinitum ꝙ ipſe parceret illi infinite. ꝛ ideo per actum infinitum/ quē haberet ſcꝫ parcere in ſbo extraneo ſignificatū eſt/ ꝙ infinitas dei habet actum intrinſecum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

videlicet in finire nam bene ſequitur ꝙ ſi ipſe haberet actum infi
nitum extrinſice:multo magis intrinſice. Unde patet ꝙ infinitas
dei habet actũ videlicet infinire:ipſum autem non poteſt habere
abſ correlatiuis ſcȝ infiniente/infinibili:ſicut volũtas q̃ non põt
habere velle ſine volente ⁊ volibili. neq ſenſus ſentire abſ ſen
tiente ⁊ ſenſibili. patet ergo ꝙ infinitas dei habet tres correlati
uos infinitos ſupradictos:quos diuinã trinitatẽ appello. ¶ 3. Et
quando dicis ꝙ ſi in deo eſſet trinitas q̃libet perſona haberet mi
ſericordiã diuerſimode vnam per prius ⁊ alterã per poſterius/
falſum dicis vt in capitulo ſimplicitatis dictũ eſt. in quo dictũ eſt
ꝙ perſone ſunt equales per actiones ⁊ paſſiones. ⁊ per conſeqñs
per miam in qua non differunt per eſſentiam. ergo manifeſtuȝ eſt
2 ꝙ non ꝯcludis. ¶ Omne illð per qð deus eſt magis rogat⁹ ad
parcendum multa ⁊ magna peccata:⁊ per quod rogatio eſt meli
or ⁊ maior ⁊c. eſt per diuinam bonitateȝ bonificabile/⁊ ꝑ diuinaȝ
magnitudinẽ magnificabile/⁊ per diuinaȝ poteſtatẽ poſſificabile
⁊c. ſed hoc eſt incarnatio vt probabo. ergo deus eſt incarnatus.
¶ Poſito ꝙ deus ſit incarnatus iſta predicatio eſt vera. xp̄s ẽ deus
xp̄s eſt homo. xp̄s eſt miſericordia. xp̄s eſt hõ. deus eſt hõ. hõ eſt
deus. hõ xp̄s participat in natura cũ oĩbus hoĩbus. ⁊ ſic patet ꝙ ſi
hoĩes pc̄tores rogent xp̄m hoĩem vt habeat pietatẽ de ipſis eo qꝛ
ſunt idem cũ eo ꝑ ſpẽm: ⁊ xp̄s hõ repreſentat rogando deo facto
hoĩ iſtas rogationes. ipſe rogationes ſunt in altiori gradu q̃ ma-
iori eſſe non poſſunt. ⁊ qꝛ diuinus intellectus non põt altiores rõ
nes intelligere:nec diuina voluntas diligere:⁊ cũ diuina mia con
uertunt̃. ⁊ parcere eſt de rõne mie. relinqtur ḡ ꝙ incarnatio eſt ꝑ
diuinũ intellectũ intelligibilis:⁊ ꝑ diuinã voluntatẽ amabilis ⁊c.
⁊ cũ h̄ ita ſit ſeq̃t̃ ꝙ incarnatio ẽ. ⁊ h̄ intellectus hũanus rõnabilr̄
negare non põt. ¶ 2. Et qñ dicis ꝙ ego attribuo defectũ mie di
ſi deus paſſus fuit mortẽ/⁊ carnẽ aſſumpſit vt redimeret hũanuȝ
genus ⁊c. reſpondeo ⁊ dico ꝙ deus rõne ſue mie infinite põt par
cere ſine medio. ſic rõne ſue ptãtis abſolute põt creare vnũ corp⁹
q̄ fuit vnū principiū vni⁹ ſcʒ Eue ad ſignādum ꝙ deus pater ē pn̄cipiū dī filij. Et adā ⁊ Eua fuerūt principiū Caim ad ſignādum ꝙ deus pater ⁊ de⁹ fili⁹ ſunt principiū ſpūs ſcti: ⁊ hͦ idē ḋ hūano intellectu in q̄ intelligere principiat̄ ab intellectiuo ⁊ intelligibili. Et de volūtate in q̄ principiat̄ amare ab amatiuo ⁊ amabili. ⁊ de potētia viſiua: in q̄ videre principiat̄ ꝑ viſitiuū ⁊ viſibile. Et ē etiā hͦ idem in potētia vegetatiua in q̄ ē principiatū a vegetatiuo ⁊ vegetabili/ vegetare: ⁊ ḋ igne in q̄ ē ab ignitio ⁊ li. ꝑncipiatū ignire. ⁊ hoc ideꝫ ſequitur in ſbſtātia compoſita ḋ ſpūali ⁊ corporali nā: ſic hō qui ex aīa ⁊ corpore ꝯſiſtit: ⁊ in Ihū xͦ q̄ ē ḋ diuina ⁊ humana nā. Omnibus itaqꝫ iſtis ſignificatōibus ⁊ figuris ꝯcludūt xp̄iani verū eſſe ꝙ ſpiret̄ ſpūs ſcts a patre ⁊ filio ⁊ ꝓcedat. ¶ Et qū dicis ꝙ cū fili⁹ et ſpūs ſcts faciāt dualē numeꝝ: numer⁹ āboꝝ ſuffic̄ nobilitati bonitatis/ magnitudīs ⁊c. inq̄tū ſunt principiati ab vno numero q̄ ē vnus pater: veꝝ dicis rōne paſſionis: ſed qꝛ negas ꝯctōeꝫ numeri dualis [quā dixi] negas in numero duali pfectōeꝫ actiaꝫ bonitat/ magnitudinis ⁊c. ⁊ ſic ē rō noſtra vera ⁊ nobilius ē ꝑ ipaꝫ/ q̄ ꝑ tuā ſignificatus numer⁹ trinitatis.

## De ſcḋa rōne p̄ie partis Ca. iii.

Latin⁹. In tritate dīa ē ꝯpleta rl̄o ⁊ neceſſitas cū magnitudine bonitat/ et̄nitat/ pſat ⁊c. dignitatuꝫ. ꝙ ſi eſt vna pſona opꝫ ꝙ ſit alia. ⁊ ſi ē pſōa ꝙ ſint alie due. ⁊ ſi ſint due ꝙ ſit ẗtia. ⁊ ita opꝫ eē ne vna pſōa poſſit eē ſine alia. nec ſine alijs duab⁹. nec due pſōe ſine ẗtia. vt rl̄o c⁹libet pſone ſit mag ncēria ⁊ mag ꝯpleta. ē ḡ ncēm ꝙ ſi ē pr̄ fili⁹ ſit: ⁊ ꝙ ſi fili⁹ ē/ opꝫ patrē eē. qꝛ vn⁹ non pōt eē ſine aͦ. ⁊ ſi ē actia ſpiraͦ: opꝫ ꝙ ſpiraͦ paſſiua ſit. ⁊ ſi ſit paſſiua ꝙ ſit actia. ſeq̄t̄ ḡ ꝭꝫ iſtā ncēaꝫ relatōeꝫ ꝙ fili⁹ eē non pōt ſine ſpū ſcto/ nec ſine patre ſpirāte/ ipo patre vna cū fiͦ ſpm̄ ſctꝫ. ⁊ ſi pat̄ ⁊ fili⁹ ſunt opꝫ ſpm̄ ſctꝫ eē: pr̄e ⁊ fiͦ ſpirātib⁹ ſpm̄ ſctꝫ. ⁊ ſi ē ſpūs ſcts: opꝫ eē prēꝫ ⁊ filiū exeūte ſpū ſcto a patre et filio. iſta rl̄o ſic ncēa ē ꝭꝫ eccl̄aꝫ latinoꝝ: ⁊ non ncēa ꝭm ꝯdulitatē grecoꝝ. nā ꝭm grecos fili⁹ ⁊ ſpūs ſcts non ſe hn̄t ad inuicē ſbal̄r relatiue in hͦ ꝙ negāt ſpm̄ ſctꝫ a fiͦ exire. ⁊ ncētas quā dāt in hͦ: ꝙ dicūt ꝙ ſi fili⁹ ē opꝫ ſpm̄ ſctꝫ eē: eſt ꝭm eos rōne patr. eo ꝙ ſeq̄t̄ ſi pr̄ ē opꝫ filiū eē ⁊ ſpm̄ ſctꝫ. Eſt ḡ rl̄o q̄ ē int̄ filiū ⁊ ſpm̄ ſctꝫ ꝑ medium ⁊ venit ꝑ accidēs ⁊ ſic ē rl̄o in tritate ſbal̄r ⁊ accidētal̄r. ſbal̄r inq̄tū ē de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

patre ad filiũ ⁊ de patre ad ſpm̃ ſcẽꝫ.accidẽtal'r inq̃tũ ẽ ď fi° ad ſp̃ꝫ ſcẽꝫ. Eſt etiã r'o in maioritate ⁊ minoritate magnitudinis/bonitatis//p̃tatis ⁊c̃.inq̃tũ ipe dignitates ſunt in ſba maiores ⁊ in accidẽte minores.Vñ q꞉ in ďo impoſſibile ẽ eſſe accidẽs maioritatẽ ⁊ minoritatẽ.ſeq̃r de neceſſitate/ꝙ ſpũs ſcẽs a patre ⁊ filio exeat ⁊ ſpiretur. ¶Grec⁹ inſtat dicens.Comunit̃ credimus vos ⁊ ego ꝙ p̃r ſpm̃ ſcẽm ſpiret. Preterea ꝑ vtrũq꞉ nr̃m ꝯceſſum ẽ ꝙ in illa ſpiratõe eſt magnitudo bonitat̃/et̃nitãt̃/p̃tat̃ ⁊c̃. dignitatũ.opꝫ ğ ꝙ pat̃ habeat oẽ ꝯplemẽtũ in ſeipſo:⁊ inſpirãdo ſpm̃ ſpũm. Vñ ſeq̃r ꝙ ſpũs ſcẽs ſit ꝯplet⁹ oib⁹ dignitatib⁹ q꞉ ſpirat̃ a patre ꝯpleto.non opꝫ ğ ꝙ fili⁹ iuuet patrẽ ad illã ſpiratõeꝫ.nã ſi iuuamẽ ſuũ eẽt nccĩm ipi patri pat̃ nõ eẽt ꝯplet⁹ [vt dicim⁹] in ſeipſo.nec etiã ſp̃s ſcẽs:⁊ q꞉ p̃r ⁊ ſp̃s ſcẽs ſunt ꝯpleti. Probatũ ẽ ꝑ ꝯplemẽtũ eoꝝ ꝙ ſpũs ſcẽs a patre tm̃ mõ eſt ſpirat⁹. ¶Reſpõſio latini. Pat̃ gnãt filiũ intelligẽdo ſeipſꝫ eẽ patrẽ:ſꝫ non ſpirat ſpm̃ ſcẽꝫ intelligẽdo ſe eẽ patrẽ:q꞉ ſi ſic/oporteret ꝙ ſpũs ſcẽs eẽt fili⁹.vt r'o ipoꝝ ſcꝫ patr̃ ⁊ ſpũs ſcẽi cẽt in magnitudine bonitat̃/et̃nitat̃ ⁊c̃.⁊ q꞉ in trinitate eẽ opꝫ diſtinctiõeꝫ inter generationem ⁊ ſpirationem:oportet ꝙ per vnum modum pat̃ generet filium:⁊ per aliũ ſpiritum ſanctum ſpiret. Modus ſcðm quẽ generat filium eſt qm̃ obiectando ſeipſum eſſe patrem concipit verbum quod eſt filius:⁊ intelligit ⁊ producit illũ cum bonitate magnitudinis/etenitatis ⁊c̃.dignitatũ.vt ex ſuo intelligere ſequitur ita magna agentia ſicut eſt ſua exiſtentia.ad hoc vt deus ſit ita de⁹ ratione ſui agere ſicut ſui exiſtere.nam alias defficeret bonitas magnitudinis/eternitatis/poteſtatis ⁊c̃.ſub ratione agendi:et etiaꝫ ſub ratione exiſtendi completa:qui ďffect⁹ eſt impoſſibilis. Sꝫ modus per quẽ pater ſpiritũ ſanctũ ſpirat/ẽ in ſe ⁊ in filio ſub ratione agẽdi patre amante filium ⁊ filio patrem:⁊ ex iſta obiectatione amboruꝫ exit amare:quod eſt ſpũs ſanctus.vt illud amare ſit ita magnum in magnitudine bonitatus/eternitatis ⁊c̃.ſicut eſt exiſtentia patris et filij.⁊ ħ oportet de neceſſitate ſic eſſe vt amborum actio ſit equalis exiſtentie amborum. que quidem equalitas requirit eſſe proprietas perſonalis:et requirit eſſe in in illa obiectatione amboruꝫ vt inter generarionem ⁊ ſpirationem ſit diſtinctio. que eſt in hoc.ſ.cum pater obiectat ſeipſum producit filium:⁊ cum pater obiectat filium ⁊ filius patrem ſpirant ſpiritum ſanctum. Poſtq̃ ergo ſpm̃ ſcẽum oportet ſic eẽ ſpiratũ ab vtroq꞉:dicẽdum eſt ꝙ pater eſt completus ſpirando ſpm̃ ſcẽm vna cum filio:⁊ fili⁹ cum patre ſil'r ẽ completus

⁊ etiā ſic ſpūs ſanct⁹ ꝯplet⁹ ē exeūdo ab vtroqꝫ.ſꝫ ſi pr̄ ſpiraret ſpm̄ ſanctum ſine filio nec opporteret ſpiritum ſanctum eſſe ſpiratum ꝑ modum iam probatum:bene poſſet eſſe completus pater ſpirando ſpiritum ſanctum ſine filij iuuamine/vt eſt completus in generando filium ſine adiutorio ſpiritus ſancti. Sed quia modus ſpirandi non pōt ali⁹ eē[niſi iam dict⁹]cum ꝑ ipm̄ ſequat̃ diſtinctio inter gn̄atōem ⁊ ſpiratōez:non poſſꝫ eē ꝯplet⁹ pr̄ ſi pirādo faceret contra modū ꝑdictū. Et ꝓp̄ h̄ amice dixit latin⁹ non valet tua obiectio nec potes ꝯtradicere obiectationi amoris exn̄tis inter prēꝫ ⁊ filiū. Nā ſi velles dicere ꝙ pr̄ ſpirat ſpm̄ ſcꝫ amādo ſeipꝫ:ſic gnāt filiū intelligēdo ſeipꝫ:oporteret prēꝫ ita bene eē patrē ſpūs ſcī i rōne amandi. ſic ē pr̄ filij rōne intelligēdi.cū in d̄o ſapiētia ⁊ amor ſint ideꝫ numero.⁊ ſi ita ſit opportebit ſpm̄ ſctūꝫ eē filiū ⁊ ita in trinitate erūt vnus pat̃ ⁊ duo filij. Uel ſi dicas ꝙ pat̃ amando ſpm̄ ſctūꝫ ⁊ ſpūs ſanct⁹ patrē ꝑ viā obiectatōis ſpirat ipꝫ:tu ꝯcedis ꝙ ſpūs ſcūs ē cauſa ſue ꝓductōis in h̄ ꝙ exit ex ſeipo ⁊ a patre et hoc eſt impoſſibile.

## De tertia rōne prime partis. Ca. iiii.

Supponim⁹ dixit latin⁹ ꝙ ꝑſona patris ſit a.⁊ ꝑſona filij ſit b.⁊ ꝑſona ſpūs ſcī ſit c. Cū aūt ſit diſtinctio inter a.b.c.oppꝫ ꝙ ſit ꝑſonalis ⁊ cū magnitudine bonitatis/etn̄itati/ꝑtati/⁊c̄.⁊ ꝙ diſtinctio remaneat cōis oībus trib⁹.ſb̄ q̄ ſunt diſtincti/ſic in bonitate:q̄ ē oib⁹ trib⁹ cōis forma.ſb̄ q̄ ſunt boni.oppꝫ ḡ ꝙ diſtinctio q̄ eſt inter b.⁊ c.ſit ita bene ꝑſonalis rōne b.c.ſic ē ꝑſonalis rōne d̄ a.b.⁊ de a.c. Perſonalis aūt non pōt eē niſi ſit inter b.⁊ c.actio ꝑſonalis.q2 non eēt dare fūdamētum in q̄ eēt fundata diſtinctio ꝑſonalis int̃ b.⁊ c.ſine actōe ⁊ paſſiōe de b.c ſic bonitas:q̄ eē non poſſet in diſtinctōe nec opatōe ſine actōe bonificatiui:⁊ paſſiōe bonificabilis.oppꝫ ḡ de nc̄citate ꝙ filius vna cum patre ſpm̄ ſcm̄ ſpiret.vt diſtinctio āboꝝ hēat ꝑſonalia ſb̄a in q̄bus ſuſtētet̃ ⁊ ſtare poſſit. Et h̄ idē qd̄ d̄ diſtinctōe dicimus:ſeq̄t̃ de concordātia ⁊ eq̄litate:q̄ ē inter b.c.eſt ḡ ſm̄ nos triāgulus ꝯpletus de ꝓꝑetatib⁹ ꝑſonalib⁹ ⁊ ſb̄alibus ꝯcorditer/eq̄liter/⁊ diſtincte cum magnitudine bonitati/etn̄itatis/ꝑtatis ⁊c̄.dignitatū.ſꝫ ſm̄ grecos eſt triangulus d̄ffectiu⁹ in linea d̄ b.c.in q̄ non pōt eē diſtinctio/cōcordātia/nec eq̄litas ſb̄aliter/nec ꝑſonaliter/nec cū magnitudie bonitati/etn̄itati ⁊c̄.⁊ q2 in tritate dia null⁹ ē d̄ffect⁹:ſeq̄t̃ ꝙ h̄ qd̄ credis eſt cuꝫ d̄ffectu:et habet illud quod credimus complementum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Grec⁹ inſtat. Operatio pr̄is ꝛ filij in ſpūꝫ ſanctuꝫ vel ē vna vel plures in ſpū ſcto. plr̄es non: ſm ꝙ c̄ditis pr̄eꝫ ꝛ filiū eē vnū ꝑncipiū tantūmō ſpūs ſcti. eſt ǧ vna productio cois ꝺ a. b. ꝛ ſic negas ꝓprietatē ꝺ a. eſſe ſingularē: ꝛ hoc idē affirmas inq̄ꝫtum ꝯcordatū fuit ꝙ ꝓpū eſt patri ſpūm ſctm ſpirare/ſic̄ eſt ꝓpriuꝫ ei filiū generare. ſeq̄tur ǧ ꝙ in deo ſit ꝯtradictio ſcđꝫ vos. ſcꝫ ꝙ patri ſit ꝓpriū ꝛ non ꝓpriū ſpirare/ꝛ hoc idē ꝺ b. qꝛ ſi b. ſpirat c eſt ꝓpum ſibi ſpirare: ꝛ non eſt ꝓpriū ſibi inq̄ꝫtū pr̄i eſt ꝓpriuꝫ ſpirare. ꝛ qꝛ in đo non poteſt eē ꝯtradictio/nec illud qđ ē ꝓpuꝫ pōt eſſe cōe/oportꝫ ꝙ patri ſit ꝓpriū ſpirare ſine filio. Et qđ dixiſti ꝙ linea ꝺ b. c. in triangulo non ē plena/in hoc dicis contra obiectatiōem q̄ ē inter b. c. obiectātes ſe inuicē ſcđm modū amādi ꝛ intelligēdi/ꝺ q̄bus ē cōpleta cū magnitudine bonitatis/eternitatis. ꝛc̄. ¶ Reſpondet latin⁹. vt in p̄ma ratōe dixim⁹ poteſt cōſiderari ꝓpetas multis mōis ſcꝫ ſingularis ſeu ꝓpa/ꝛ cōis. ſingularis ſic̄ ipſi a. cui eſt ꝓpū generare filiū per ſe ipſū. tū non aſſenſſimus ꝙ hēat ꝓpetatē ſpirādi ſine filio. vt ſpiratio ſit cōis ꝓpetas amboꝝ: inq̄ꝫtū actiua. ꝛ ꝓpa ſpūi ſcto inq̄ꝫtuꝫ paſſiua. ꝛ ſic ſit cōis tribus ſpiratio. vt ꝓpetas poſſit eē alia in a. alia in b. ꝛ alia in c. ꝛ poſſit eſſe cōis in a. b. per dualitatem/ꝛ in a. b. c. per trinitatem comunitate numeri ternarij. ꝛ ſic eſt ꝯpletus tot⁹ triangulus ꝓpetate. ꝛ ꝓpetas ſilꝛ ipſo/in ſingulari numero ꝛ binario ꝛ ternario. nec ex hoc ſeq̄t ꝯtradictio. Et ſic eſt obiectio tua ſoluta. remanes eī deceptus eo ꝙ inter ꝓprietatē ſinglr̄eꝫ non diſtinguis ꝛ cōeꝫ: ꝛ etiā facis poſitiōem ꝙ patri ſine filio ꝓpum ſit ſpirare. Qđ aūt dicis ꝺ linea ꝺ b. c. ꝙ eſt plena obiectatiōe per modū intelligendi ꝛ amandi: verum eſt ſm cōmunitatē eēntie/ſꝫ inter nos non ē queſtio niſi ꝺ propetatibus ꝑſonalib⁹ ſingularibus/ꝛ comunib⁹. q̄re adhuc manet rō noſtra firma.

## De quarta rōne prime partis. Ca. v.

In deo dixit latin⁹ ſunt generare ꝛ ſpirare/vt ſue dignitates ſint plene ꝯcretis eſſentialibus ad hoc ne occioſitas ſit in eis. ꝛ ꝙ deus hēat rōem agendi in ſe ipſo rōne propriaꝝ rōnū ſuaꝝ quas dicim⁹ formas vel dignitates. pat generando ſb rōne bonitatis generat bonū filiū. ꝛ ſb rōne magnitudinis magnū. ꝛ poteſtatis potētē. ſapiētie ſapientē. ꝛ ſic ꝺ alijs. vū in q̄libet digni=

legatur atten- te iſtud capit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tate ē iſta ɔ̃clinatio.ſcȝ in bonitate bonificatiuus bonificabl's ꝛ bonificare/ꝛ ſic ꝺ̃ alijs. Deus pr̄ generat deū filiū p modū intelligendi/ꝛ oēs rōnes ſupdicte ꝯcurrūt illi generare. vt ſit bonū magnū/eternum.ꝛc̄. Et vt pater ſit bonificatiuꝰ/magnificatiꝰ/ꝛ ſic ꝺ̃ alijs.ꝛ filiꝰ bonificabilis/magnificabilis/ꝛ ſic ꝺ̃ alijs. Et ꝫ idē ſeqr̄ ꝺ̃ ſpirare qꝺ̃ ē per modū amādi. Cui ſpirare ꝯcurrūt omnes dignitates.vt ſit bonū/magnū/eternū/ꝛc̄. Opoꝛtet ḡ ꝙ ſpirare ſit patris/ꝛ filij in ſpūm ſanctū vt omnes dignitates poſſint eſſe inter patrem ꝛ filium ꝛ ſpiritum ſanctū eq̄les. Nam ſi ſpūs ſanctus exiret a patre ꝛ non a filio:dignitates p̄dicte non poſſent eē inter filiū ꝛ ſpūm ſc̄m in actiōe perſonali.ꝛ eſſent ocioſe:ꝛ maioꝛes per modū obiectatōis amādi ꝛ intelligendi:ꝙ̄ bonificandi magnificandi ꝛc̄.ita ꝙ bonitas eēt maioꝛ in amare ꝛ in intelligere:ꝙ̄ in bonificare/ꝛ idē de ceteris.ꝛ etiā maiores eſſent inter patreȝ ꝛ filiū/ꝛ inter patrē ꝛ ſpūȝ ſc̄m:ꝙ̄ inter filiū ꝛ ſpūm ſanctum.ꝛ iſtud ē impoſſibile ꝛ ꝯtra vnitatē/quā habēt in numero/ꝛ ꝯtra eq̄litatē omniū dignitatū.q̄ ſcȝ vnitas ꝛ eq̄litas ſunt neceſſarie.reſtat ḡ ꝙ ſpūs ſc̄s exit a filio. ¶ Grecus inſtat. Si ſpūs ſc̄s a patre ꝛ filio ꝑcedat ſcōm eūdē modū ille modus eſt vnus ꝛ non plures:ın q̄ patrē ꝛ filiū oportet eē vnā perſonā ꝛ non plures. Nam ſic̄ ſunt vnū in vno modo ſpirationis actiue/opoꝛtet ꝙ ſint vnū in vna perſona actia.ſunt ḡ in iſta perſona due perſone ꝯfuſe.ꝛ eſt iſta perſona ꝯfuſa ꝛ ꝯpoſita ex duabus.ꝫ aūt eſt impoſſibile.ſi ꝟo dicas ꝙ pater ꝛ filiꝰ non habent vnū ꝛeundē modū ſpirandi ſpūm ſc̄m:tu dicis ꝯtra hoc: qꝺ̃ credūt latini q̄ credūt ꝙ pr̄ ꝛ filius ſunt vnuȝ idē p̄ncipiū in ſpirando. ¶ Alia ēt multa inconuenientia ſeq̄rent̄ ſi ſpūs ſanctꝰ ex filio ꝑcederet. Nā videt̄ ꝙ pater ſcindat ꝛ diuidat ex ſe ſuā ꝓpetatem perſonalē.ꝛ illꝺ̃ qꝺ̃ partit̄ ex ſe/cōicat filio ꝛ ſic non remanet integre vnꝰ pater/nec filius ſimilit̄ vnꝰ filius integre. Et qꝛ in paternitate non eſt partitio nec ſciſio: non pōt ꝯmunicare filio id qꝺ̃ pꝛop̄e pertinet ad ſe ipſum ſcȝ ipȝ ſolū ſpirare. ꝛ hoc idē de filio q̄ non tm̄ generat̄:ymmo ſpirat. ¶ Seq̄t̄ etiā ꝙ ſpiritus ſanctus in iſta cōitate quā ſpirando pater ꝛ filius hn̄t ſimul/nullam de actiōe hꝰ partem h̄ēt.qꝛ totus remanet ſingularis paſſiuus.ita ꝙ nec ſpirat nec generat. Eſt ḡ filiꝰ nobilioꝛ in magnitudine bonitat' eternitat' ꝛc̄.ꝙ̄ ſpūs ſc̄s. Nam filius eſt paſſiuus rōne generationis ꝛ actiuus rōne ſpirationis.ſpūs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcťs vo non eſt actiuus nec ſpirando nec etiam generãdo. Eſt
ꝙ minor ꝙ̃ filius/ q̃ minoritas eſt impoſſibilis. ¶ Et qđ dicis ꝙ
inter filiũ ⁊ ſpũm ſctm non poſſunt intrare bonificare magnifi=
care nec ceťa. ſi ſpũs ſcťs a filio non ꝓcedat eo ꝙ vnꝰ aliũ non
bonificat/ magnficat/ eťnificat ⁊c̃. Reſpondeo ad h̃ ⁊ dico ꝙ bo
nificare/ magnificare/ ⁊ ſic đ alijs: ſunt ⁊ intrant inť filiũ ⁊ ſpũm
ſctm ꝑ modũ amandi: ⁊ intelligendi intelligentes ſe inuicem ⁊
amantes. qꝛ iſta amboꝝ obiectatio delectatio ⁊ claritas ẽ bona
rõne bonitatis/ magna rõne magnitudinis ⁊ ſic de alijs. vñ cõ=
ſideratis oibus iſtis rõnibꝰ ꝓbatum eſt ꝙ ſpũs ſcťs a filio non
ꝓcedit. ¶ Latinus. Prime rõni tue rñdeo ꝑ hũc modũ. cõis ẽ
credulitas ⁊ fides nob̃ ãbobus ꝙ patri pertinet generare ⁊ ſpi
rare patre exñte vna ⁊ eadẽ pſona/ ⁊ non pluribꝰ/ diſtinctione
exñte inter generare ⁊ ſpirare. vñ nullũ ſeqť incõueniẽs ꝙ due
pſone ſint p̃ncipiũ ſpirandi. ſic̃ non eſt incõueniens vnã pſonam
eſſe p̃ncipiũ generandi ⁊ etiã ſpirandi. qꝛ ſi due pſone eſſent cõ
fuſe in vnũ idez ſpirare: oportcret ꝙ vna perſona eſſet diuiſa ⁊
ſciſa in generando ⁊ ſpirando. ita ꝙ cũ vna medietate ſpiraret
⁊ cũ alia generaret. Et ẽ repñtatuz ⁊ figuratuz in igne ⁊ aere.
q̃ cuz vna eadẽ ꝓpꝛ̃etate q̃ eſt caloꝛ/ ſunt vnuz p̃ncipiuz calefa
ciendi aquã ⁊ terraz ſine ꝯfuſione eẽntie ⁊ naťe amboꝝ. vñ ſi h̃
ſeqť in creaťis ꝙ duo ſuppoſita diſtincta ꝑ eſſentiã ⁊ naťaz po=
ſſunt eſſe vnuz principiũ in vna ꝓpꝛ̃etate: ꝙ̃tomagiſ in ſuprema
di eſſentia ⁊ naťa poſſunt eſſe due pſone vnũ principiuz in vna
ꝓpꝛ̃etate. cuz ipe pſone ſint vnuz ꝑ eẽntiã ⁊ naťam. ⁊ ptatẽ hẽãt
infinitam/ ac vtriuſqꝫ ꝓprietas ſit etẽna. ¶ Ego bene ꝯcedo ꝙ a eterna
pater ſit indiuiſibilis. ⁊ ꝙ̃ꝙ̃ ex toto ſe ipſo generet filiũ: non tñ
ꝓprietatem generatiuã filio ꝯmunicat/ quaz ipſe pater retinet
vt ipſe ſolus ſit pater. ⁊ vt filiꝰ non ſit pater. ⁊ ſic ſolus eſt vnus
filius ⁊ non plures. Et ꝙ̃ꝙ̃ pater filio non coicet proprietatem
generatiuaz/ non iõ magiſ ſeqť ꝙ pater diuidat ⁊ ſcindat ſeipm.
⁊ ꝙ filiꝰ non ſit ex toto patre. ⁊ ꝓprietatẽ quã hẽt filiꝰ in ſpiran
do hẽt/ vt illa proprietas ſit cõis vtriqꝫ. vt in prima ratione pro
bauimꝰ. ¶ Ad tertiam rõnez rñdeo ꝙ iſta obiectio ad te non per=
tinet/ nec ipãz facere debes/ imo potiꝰ ſarracenꝰ: q̃ non credit
in trinitate diuina/ qꝛ latini ⁊ greci ꝯſentiũt ꝙ ſpũs ſcťs non ꝓ
ducit pſonã. ⁊ actio ſua eſt in obiectatõe ⁊ in magnitudine bo=
nitatiſ eternitatiſ ⁊c̃. oium dignitatũ ⁊ ſua paſſio eſt in proprieta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

te pſonali paſſiua cū magnitudine bonitatis/ ⁊ eternitatꝫ ⁊c. Et iſta rñſio ſufficiat ad tuā tertiam rōnem. ¶ Ad q̄rtā rōem rñdo ꝙ inter patrem ⁊ filiū ⁊ ſpūm ſanctum eſt bonificare: magnificare ⁊c. ſcđm modū obiectandi ⁊ pſonandi. ſed ſcđꝫ rōnem tuā inter filiū ⁊ ſpūm ſcēm eſt ſolū bonificare/ magnificare ⁊c. ſcđꝫ modū obiectādi: non āt ꝑm modū pſonandi. ⁊ ſic ſpūs ſcēs non ꝓcederet a filio: ⁊ eēnt oēs dignitates inter ambos occioſe ſcđꝫ modū pſonādi. ⁊ ꝑ ꝯñs miores q̄ꝫ inter patrē ⁊ ſpūꝫ ſcēꝫ: ⁊ q̄ꝫ inť pře̅m ⁊ filiū. Cū āt ſit ipoſſibile in đo eſſe maioritatē/ eſt neceſſariū ſpūꝫ ſcēm ꝓcedere non tm̄ a pře: ſꝫ etiam a filio vnica ꝓductia ſpiratōe. q̄ꝓpter rō tua in ſufficientia peccabat.

## De quita rōne prime partis. Ca. vi.

Latinus. In pſonis diuinis eq̄litatē circularē [vt ita loquar] ⁊ ꝑ ordinē ꝯſiderari oꝑꝫ. ⁊ h̄ quattuor modis ſequēdo ordinē ⁊ eq̄litatē bonificātꝫ magnificātꝫ ⁊c. ⁊ eq̄litatē ꝯcretoꝝ ſuoꝝ ſcꝫ eq̄litatem bonificatiui. lis. ⁊ are. ⁊c. Nam bonificatiuū. ⁊ bonificabile ſunt ſibi inuicē eq̄lia ⁊ ſunt eq̄lia vni ꝯcreto cōni eis. ſcꝫ bonificare. Eſt igř in deo eq̄litas ꝓpa ⁊ cōis. ⁊ ꝑm iſtaꝫ eq̄litatem in pſonis eq̄litatē eē oꝑortet. In pſonis diuinis ē eq̄litas ſingulariū ꝓpetatū. ſič in pře ⁊ filio ⁊ ſpū ſcēo: q̄ ſunt eq̄les in magnitudine bonitatꝫ et eternitatꝫ ⁊c. Scđs modus eq̄litatis eſt vni⁹ et multoꝝ. ſič př ſolus ē eq̄lis duob⁹/ et duo ſibi/ et ſic de ſpū ſcēo: q̄ ſolus ē eq̄lis duob⁹ alijs/ et alij duo ſibi. Terti⁹ modus eſt ipi⁹ generare/ generatiui/ et generabl̄s. Nā generare ē eq̄le duob⁹/ et iſta duo ſibi. et iſta eq̄litas eſt duoꝝ ſingularium ad vnuꝫ cōe. Quart⁹ modus ē generādi ⁊ ſpirādi. q̄ ſunt eq̄lia dualitati et trinitati. ipo generare exñte duoꝝ ſcꝫ pr̄is et filij. et ſpirare triū ſcꝫ patrꝫ et filij et ſpūs ſcēi. Iſta eq̄litas eſt circularis/ et cōtinua et induiſibilis ꝑm credulitatē nr̄am. Vuntū ſcđꝫ credulitatē grecoꝝ non pōt eſſe circularis/ nec cōtinua. qꝛ non credūt ꝙ in trinitate ſit eq̄litas ꝓprietatis ſingularis et cōis nec inť dualitatē et trinitatē/ nec inter ſingularitatē filij et ſpūs ſancti. in hoc ꝙ negāt cōitatem pr̄is et filij in ſpūꝫ ſanctū/ negātes ſpūꝫ ſcēm a filio exiſtere. qꝛ ſi non ꝓcedat ab eo/ non hn̄t in quo valeāt ſe adeq̄re. Eq̄litas non pōt eē duoꝝ. qꝛ ita debet eē in eq̄litate eq̄litatuū/ equabl̄e et equare: ſicut in amore amati-

ats. procedere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nũ/amabile/ ⁊ amare. ⁊ ita eſt impoſſibile ꝙ inter eq̃tiuũ ⁊ eq̃bile poſſit eſſe eq̃litas abſq̧ eq̃re. ſicut inter amatiuũ ⁊ amabi le ſine amare. Vñ cum ſit impoſſibile ꝙ circularitas equalitat is [vt ita loquar] q̃ ẽ in ſc̃a trinitate poſſit ſcindi/ nec diuidi ⁊ ſm grecos eẽt diſcontinuata ⁊ rupta. ⁊ ſcdm̃ latinos remaneat indiuiſibilis. ꝓbatu ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ ſpũs ſanct⁹ non tm̃ a pr̃e: ſed ⁊ a filio ꝓcedit. ℭ Grecus inſtat. In h̃ ꝙ dicis/ ꝙ oportet patrẽ ⁊ filiũ ſpirare ſpm̃ ſanctũ: vt ambo ſint eq̃les: op ſcd̃ hoc ꝙ pater ⁊ ſpũs ſc̃t⁹ generent filiũ: vt ſiĩ ſint eq̃les. Nam alias ſpũs ſc̃t⁹ non poſſ eſſe patri eq̃lis ⁊ ꝑ ꝯñs nec filio poſtq̃ non ẽ eq̃lis patri. ⁊ filius ⁊ pater ſint eq̃les ⁊ etiã q pater influit mag grãtã ⁊ vtutẽ filio q̃ ſpiritui ſc̃o in hoc ꝙ ipm̃ facit ſibi eq̃lem in ſpirãdo. ⁊ ſpm̃ ſc̃m non equat ſibi in generãdo. Et ſi dicis ꝙ ſpũs ſc̃t⁹ non põt gñãre filiũ/ dicis ꝙ pater põt equare ſibi ſpm̃ ſc̃t in ſpirãdo cu eo quartã ꝑſonã ſpiratã ex ambob⁹ vel gñãre ipſam. ⁊ ſi h̃ facere non vult pater: ipẽ eſt inuidus ⁊ auar⁹. ⁊ inequalitatis magnitudine occioſus. ⁊ ſpũs ſanct⁹ infirm⁹ remanet ⁊ odit⁹ ⁊ figuratus paruitate bonitatis/ eternitatis ⁊c̃. que figura ẽ ĩpoſſibilis. Eſt igit̃ ſpũs ſc̃t⁹ a ſolo pr̃e. ℭ Rñdit latin⁹. Vt ſupradictum eſt equalitas eſt in diuina trinitate ⁊ circulariter ⁊ complete. in qua circularitate eq̃litas mag multiplicari non põt. nec imminui. q ſi mag aut min⁹ poſſ recipe/ circulus vel circularitas cõpleta non eſſet: ⁊ q completa eſt de ſingularib⁹ ⁊ cõibus ꝓpetatibus [vt dictũ eſt] non op ꝙ pater et ſpũs ſc̃s generent filiũ: vt ſint eq̃les in ipo. nec ꝙ generent nec ſpirẽt q̃rtã ꝑſona. q eq̃les ſunt ambo in filio in q̃ pater ⁊ filius ſpirãt ip de tota eoru entitate/ ⁊ eẽntia/ ⁊ d̃ tota magnitudine quã hñt in bonitate/ eternitate/ poteſtate et alijs.

## De ſexta rõne pr̃e partis. Ca. vii.

Latinus. Illud op eẽ vum: ꝑ qd̃ bonitas/ magnitudo/ etñitas/ ptas ⁊c̃. dignitates ſunt in ſpũ ſancto rões maiores: ⁊ illius vi ꝯtrariũ op eſſe falſum. qd̃ eẽt vum ſm credulitatẽ grecoꝝ. q ſi ſpũs ſc̃s non exit a filio ipẽ eſt bonificatus/ magnificatus ex bonitate et magnitudine patris: ⁊ ſic d̃ eternitate patris ⁊ alijs. ⁊ tm̃modo eſt ipſe ſpũs ſanctus bonitas/ magnitudo/ eternitas/ ⁊ alie per patre. Sed ſm credulitatẽ noſtrã ſpiritus eſt de bonitate patris

L.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

⁊ filij bonificatus: ⁊ đ magnitudine/⁊ etern itate ābob magnifi
catus ⁊ eternificatus.⁊ ꝑ patrē ⁊ filiū ē spūs scts bonitas ma-
gnitudo/⁊ alie dignitates. Est ꝙ̄ scđꝫ nostrā credulitatē spirit⁹
sct⁹ in maiori existentia ⁊ actōe ratiōe bonitatis/ nagnitudinis
⁊c̄.dignitatū.⁊ sunt fecundi⁹ ⁊ habūdātius in ipo ipe dignitates
⁊ sunt ipemet spūs sct⁹ ꝑꝫ existere ⁊ agere ꝙ̄ scđm grecos. Opꝫ
ergo ꝙ spūs scts exeat a patre ⁊ filio. vt ipi ex bonitate/magni-
tudine/eternitate ⁊c̄.possint meli⁹ ꝓducere ⁊ entificare spiritū
sctm. ¶ Grecus. Si spūs scts exit a patre ⁊ filio ꝑ vnā ꝓprie-
tatē a patre ⁊ ꝑ aliā a filio.sic fili⁹ hēt vnā ꝓprietatē a patre in-
ꝙ̄tū exit a patre.⁊ si spūs scts hēt duas ꝓprietates ⁊ filius vnā
tm̄:ē spūs sanct⁹ maior filio/⁊ est vna ꝑsona ꝯposita ex duabus
ꝓprietatibus. Et qꝛ filiuꝫ opꝫ eē spiritui sancto eq̄lem necesse
est ꝙ sit ex ꝓprietatibus duab⁹.s.gnāndi:⁊ spirādi.⁊ si non bo-
nitas/magnitudo/eternitas ⁊c̄.sunt maiores rōnes in spū scto/
ꝙ̄ in filio cū sint in spū sancto ꝓprietates due: vna ꝑ pr̄ēꝫ/⁊ alia
ꝑ filiū.⁊ in filio non sit nisi vna ꝓprietas tm̄modo.⁊ qꝛ ista incō-
ueniētia sunt impossibilia impossibile ē ꝙ spūs sct⁹ exeat a filio
sed sunt fili⁹ ⁊ spūs sanctus eq̄les in ꝓprietatibus genito filio a
patre solū ⁊ spū sancto a patre tm̄ spirato in quib⁹.s.filiatione ⁊
spiratōe sunt bonitas/magnitudo ⁊c̄.rōnes eq̄les ⁊ sic de pr̄tate
⁊ alijs in filio et spū sancto absq quocūq incōueniēte. ¶ Itēꝫ tu
dicis ꝯtra vnitatem bonitatis/magnitudinis ⁊c̄. inꝙ̄tum dicis
ꝙ pater ex sua bonitate ⁊ filius ex sua bonitate ⁊ sic đ alijs spi-
rant spm̄ sanctū.qꝛ vna est bonitas patris et filij.et s̄m ꝙ dicis
essent due bonitates distincte.⁊ due eētie qđ est impossibile.
¶ Rn̄dit latinus. Pr̄ hēt ꝓprietatē gnātiuā/⁊ ꝓprietatē spira-
tiuaꝫ: Uerūtm̄ spir aratiuā hēt cū filio qꝛ cōis ꝓprietas ē ābob⁹
Qꝛ si eēt ꝓprie ⁊ singulariter patris sine filio/oporteret ꝙ pat
eēt gemina ꝑsona. vt vtraq ꝓprietas respōderet ꝑsone. sic geni-
tum esse qđ rn̄det in filio persone.⁊ exire in spū sancto respōdet
persone.et qꝛ non opꝫ ꝙ pater sit duplex ꝑsona:hēt cū filio ꝓp-
etatē spiratiuā:que ē cōis ipis duobus. Unde ad h̄ qđ dicis ꝙ
spūs sanct⁹ hēt vnam ꝓprietateꝫ a patre ⁊ aliaꝫ a filio. Uꝛuꝫ eēt
si spiratio non esset ꝓprietas cōis:sꝫ qꝛ est cōis patri et filio per
vnum principium/ꝑ vnā bonitatem/magnitudinē/ eternitatē/
et ꝑ vnā eēntiam et nāꝫ spūs sanct⁹ non pōt duas hēre ꝓprie-
tates distinctas. vnā.s.a patre:aliā a filio.qꝛ duplex esset ꝑsona:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

et vnitas quā pater et fili⁹ hn̄t in ſpirando ꝯſuat ꝙ ſpūs ſanct⁹ ſit vna tm̄modo pſona, et vna ꝓprietas paſſiua ſpirata: et pp̄ h̄ ſpūs ſanct⁹ non pōt eſſe maioꝛ ꝙ̄ filius. qꝛ vna pſona rn̄det alij in equalitate. nec magnitudo/bonitas/eťnitas ſunt maioꝛes in ſpū ſancto/ꝙ̄ in filio poſtꝙ̄ ſpūs ſcťs non hēt duas pꝛopꝛietates pſonales. Et ēt pater ⁊ fili⁹ cū omni ⁊ tota bonitate/magnitudine/eťnitate ipoꝝ ſpirāt ſpm̄ ſcťz. qm̄ ipi cōicāt quicqd habent ⁊ etiā dant ſb rōne eſſentie ⁊ naťe bonitatis/magnitudinis ⁊c. ⁊ recipit ſpūs ſcťs illud: ⁊ illō qō pať ſibi retinet ē paternitas ſua ⁊ fili⁹ retinet ſibi filiatōez/ne pſone ſint ꝯfuſe nec in ꝯfuſiōe. qre tua rō non valet. ¶ Et qn̄ dicit̄ ꝙ dixi ꝯtra ṽitātez bonitat̄/magnitudinis ⁊c. Rn̄deo ⁊ dico ꝙ in q̄buſdaz non poſſum⁹ ꝓpe loqui ō deo. nam ſua entitas ⁊ realitas ē altioꝛ ꝙ̄ ṽba noſtra poſſint ſignificare. Verūtn̄ ipꝛoꝑe nos opz loq̄ de ipſo vt exēplum poſſim⁹ figurare id qō intelligim⁹ de ipo. dicimus ḡ ꝙ pater de ſua bonitate ⁊ ſic de alijs dignitatib⁹ ſpm̄ ſcťz ſpirat. ⁊ h̄ idē fac filius. ⁊ bonitas/⁊ eēntia amboꝝ eſt vna ⁊ pp̄ h̄ pꝛincipiū ē vnuz in ſpū ſcťo ſpirato a patre ⁊ filio: ⁊ ab eēntia ⁊ bonitate amboꝝ exn̄tibus patre ⁊ filio eſſentia ⁊ bonitas ⁊ vnū p eēntiam bonitatē ⁊ p nām ⁊ diſtinctꝰ p ꝓpꝛietates perſonales.

1 ~~verit~~ bonitatē

## De ſeptīa rōne pꝛe partis Ca. viii.

In trinitate diuina dixit latin⁹ non eſt ꝯtrarietas/ ⁊ oē illud opz eſſe in trinitate p qō eſt magis a cōtrarietate remota. opz ḡ eſſe in trinitate ꝯcoꝛdare in q̄ ſint bonificare/magnificare ⁊c. Iſtud ꝯcoꝛdare opz eſſe actū cōem ꝯcoꝛdatiui ⁊ ꝯcoꝛdabilis: vt cōcoꝛdantia hēat in ſe potētiā/actū/⁊ obm̄: q̄ ſint de ſua eſſentia. ⁊ ipa ſit eoꝝ Eſſe iſti⁹ ꝯcoꝛdantie ſunt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūs ſanct⁹ ⁊ p eā ſunt remoti a cōtrarietate bonitatis/⁊ malicie/magnitudinis/⁊ paruitat̄/eternitat̄/⁊ tp̄is/pťatis/⁊ debilitatis ſeu impotētie ⁊ ſic de alijs exn̄te ꝯcoꝛdātia vnum idē numero cū bonitate/magnitudine ⁊c. Opz ḡ de ncc̄ite ꝙ ſpūs exeat a filio: vt inť ipos duos ſit ꝯcoꝛdantia ⁊ ſint in ipa ꝯcoꝛdatiuū/le. ⁊ are. bonificatiuū/le. ⁊ are. ⁊ ſic de alijs. hoc autem eſſe non poſſet niſi ſpiritus ſanct⁹ eſſet obiectuz filij. ⁊ niſi inter ipos duos eſſet act⁹ ꝓcedēdi. quē actū greci negāt per hoc. ꝙ dicūt inter filiū: ⁊ ſpūz ſcťm non eē ꝯcoꝛdare bonificādi vel ipſi⁹ bonificare/magnificare/etrrnifi-



(c) 2006 Ministerio de Cultura

care ⁊c̃. ⁊ in hoc ꝙ negāt filiū bonificare ſpm̄ ſcm̄ ⁊ magnifica
re. ex q̄ negatione ſequitur ꝙ ipi ſunt ↄtra poſitōez quā dixim⁹
.ſ. ꝙ in trinitate ſit oē illud ꝑ quod ipa eternitas ſit mag'a ↄtrarie
tate remota. Eſt ḡ ꝓbatū ꝙ neceſſario ſpūs ſanctus exit a filio
quū ↄcordātia ⁊ ↄtrarietas ſint ↄtrarie: ⁊ ſilr̄ ↄcordare ⁊ ↄtrari
ari. bonificare ⁊ malificare ⁊c̃. ¶ Grecus. Quicq̄d eſt in trini
tate aut ē ꝓprium vni. aut cōe oībus tribus. ⁊ illud qđ nec ē ꝓ
priū nec cōe non eſt in trinitate diuina. ⁊ ſi ſpiratio ſpūs ſcī eſt
cōis: eſſet cā ſui ipius ⁊ cauſaret ſeipm̄ qđ eſt impoſſibile. ſ. ꝙ ali
quid poſſit cauſare nec principiare ſeipm̄. ſi aūt dicas ꝙ non ſit
cōis: ſꝫ ꝓpria vni⁹. hēo ꝓpoſitū q2 eſt patris: cui ꝓpriū eſt ſpira
re. ſi vero dicas ꝙ non eſt patris: ⁊ eſt filij. aufers patri ⁊ negas
hoc qđ credis. q2 dicis ꝙ pater ſpirat ſpm̄ ſanctum. Et ſi dicas
ꝙ non eſt patris nec filij tu dicis ↄtra hoc ꝙ credis. Et adhuc
quod ſuppōis ꝙ ꝓceſſio non ſit in trinitate. quare ꝓbatum eſt
ꝙ ſpūs ſcūs non exeat a filio. Et q2 tu dicis ꝙ filius bonificat
ſpꝫ ſcꝫ ⁊ magnificat ⁊ ita de alijs/ ſignificāt v̄ba tua ꝙ ſpiritus
ſcūs non ſit ꝑ ſe bon⁹/ magnus ⁊c̃. nec ꝑ patrē tm̄. qm̄ bonificare
eſt de non bono bonū facere: ⁊ magnificare de non magno mag
num facere ⁊ ſic de alijs. Et adhuc verba tua ſignificant ꝙ in
deo ſint plures ꝑſone q̄ꝫ tres. q2 alia eſſet ipm̄ bonificatiuū. alia
bōificabile/ alia magnificatiuū: ⁊ alia magnificabile ⁊ ſic đ alijs
¶ Latinus. Ad poſitiōem quā facis r̄ndeo ⁊ dico: ꝙ veꝛ eſt ꝙ
quicq̄d ē in trinitate eſt ꝓpriū vel cōe. ſꝫ nos latini credim⁹ eſſe
diſtinctiōez inter vnā cōitatez ⁊ aliam/ ⁊ vnā ꝓprietatē ⁊ aliam
vt ſuperi⁹ in plr̄ibus locis oſtendim⁹. Qm̄ vna eſt cōitas q̄ per
tinet oībus tribus ſic̄ bonitas q̄ ꝑtinet patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſancto
⁊ ſic de magnitudine ⁊ alijs. Alia ē cōitas q̄ pertinet duob⁹. ſic̄
gnātio q̄ pertinet patri ⁊ filio tm̄⁹. exiſte ipſo generare actu co
muni patri actiue ⁊ filio paſſiue. ⁊ hoc idē de ꝓprietate ſpiratiā
q̄ eſt cōis patri ⁊ filio ſpirantib⁹ ambob⁹ ſpm̄ ſcm̄. Eſt aūt ꝓꝑ
etas ſingularis. ſic̄ paternitas q̄ eſt ſingularis ꝓprietas. ⁊ filiatō
filr̄. Quare tua rō non valet q̄ eſſet v̄a niſi eēt in trinitate cōis
ambob⁹ ꝓprietas ſpiratiua. ¶ Etiā qn̄ dicis v̄ba mea in trini
tate ſignificare defectū inq̄tū pono filiū bonificare ſpm̄ ſanctū.
R̄ndeo ꝙ bonificare pōt intelligi dupliciter. Primo ſicut ſcm̄
qđ non eſt bonū: ⁊ facit aliud ipm̄ eſſe bonū inq̄tū ipm̄ ordinat
ad aliquē bonū finem. ⁊ iſtud bonificare ē in creatis. ⁊ in tꝑore

(c) 2006 Ministerio de Cultura

et hēt terminū limitatū.⁊ etiam ꝯprehenſum.ſʒ ſuprema boni ficatio in trinitate exñs ē in etnitate ⁊ infinitate.ſic pr̄ q̄ eſt boni tas etna ⁊ infinita de tota illa cū filio q̄ eſt ipa eadē bonitas:⁊ fi lius cū pr̄e:⁊ pat̄ p ſeipm ⁊ filius p ſeipm cōiter d̄ totis ſeipis ſpi rant bonuʒ ſpm̄ ſcm̄:in q̄ ſpirare ē bonificare. Et pater ⁊ filius ſunt vnū bonificatiuū:⁊ vnū ſpiratiuū:⁊ vnū magnificatiuum/ etnificatiuū ⁊ ſic de alijs.et eſt ſpūs ſcs vnū ſpirabile/bonifica bile ⁊ ſic d̄ alijs.remanet vn⁹ numer⁹ ternarius:nec maior nec minor in trinitate diuina. Et ſpūs ſcs remanet ſpirat⁹ ⁊ ſpira bilis/bonificatus ⁊ bonificabilis ⁊ ſic de ceteris.⁊ h̄ in etnitate ⁊ in infinitate:⁊ ꝯpletus omnibus complemētis. Quar tua ob iectio nullam neceſſitatem concludit.

## De octaua rōne p̄rie partis C.viiii.

Illa per q̄ filius ⁊ ſpūs ſcs[dixit latin⁹] ſunt ma gis a minoritate remoti:opʒ exiſtere de neceſſitate in ipſis. Alias eſſent prope minoritateʒ bonitatis/ magnitudis/etnitatis/ptatis ⁊c. quod eſt impoſſi bile.. Iſtā lōginq̄tatē volum⁹ inueſtigare cū magnitudine eēn tie vnitat̄ ⁊ nak̄e:⁊ cū magnitudine bonitatis/etnitat̄ ⁊c. ⁊ cuʒ ea volum⁹ ꝓbare ꝙ ſpūs ſcs exit a filio. Et ſic bonitas ē longe a minoritate cū bonificare:⁊ magnitudo cuʒ magnificare ⁊c.ita longe ē eēntia a minoritate cū eſſentiare:et vnitas cum vnire:⁊ nā cū nak̄are. Eſt fili⁹ bonitas/magnitudo/etnitas ⁊c.⁊ eſt eēn tia vnitas ⁊ nā.ipe fili⁹ ē longe a minoritate bonitat̄ cuʒ bonifi care bonificās vna cū pr̄e ſpm̄ ſcm̄:⁊ eēntificās ipʒ:inq̄ꝫtū ābo dant eēntiā eidē.⁊ lōge ſunt a minoritate vnitat̄ cū vnire. Qm̄ ābo vniūt in vnitate ſpiratiua ſpirātes ābo ſpm̄ ſcm.cū q̄ ſpira re ſunt lōge a minori ſpiratōe:⁊ inq̄ꝫtū dant nāʒ ſpūi ſancto ſunt cū nak̄are lōge a miori nā. Magnitudo durādi ⁊ poſſificādi eſt in diſtinctōe:quā hēnt pr̄ ⁊ fili⁹ pſonal̄r:⁊ in vnitate quā habēt eēndo vna ꝓꝓetas ſpiratia:qm̄ duratio diſtinctōeʒ pſonaꝝ cō ſuat:⁊ p̄tas illō vnire poſſificat: qd̄ hēnt ad ſpirādū vnā pſonā. Et magnitudo ſe extēdit in diſtīctōe ⁊ vnitate p̄dict̄ diſtīctōeʒ ſignificās pſonaꝝ in coꝝ ꝓꝓetatib⁹ ſingl̄rib⁹.⁊ ſignificando co munē vnitatē/eēntiā/⁊ nāʒ in ꝯiūctōe vnitat̄ quā hēnt in ꝓꝓa vnitate cōi ſpiratia. Secunduʒ iſtū modum ē ꝓbatum ꝙ ſpūs ſcs exit a filio:ſine q̄ exitu non eſſent lōge a minoritate quā di=



(c) 2006 Ministerio de Cultura

rim⁹:qm̄ ꝓuaret in pře ⁊ filio bonitas boníficandi/et magnitu-
do magnificādi ⁊c̄.in boníficare/magnificre ⁊c̄.ꝓuaret pťas in
cēntiare/vnire/⁊ naťare.et ita de ceteris.ꝑꝑ quā ꝓuatōez filius
et ſpūs ſcťs et etiā pater non cēnt lōge a minoritate: qm̄ non ha
berent cū q̇.et ſi non eſſent lōge a minoritate cēnt in minoritate
bonitatis/magnitudinis ⁊c̄.vnitatis eēntie et naťe/et h̔ eſt ipo-
ſſibile. Eſt ḡ ō neceſſitate ꝓbatū ꝙ ſpūs ſcťs a filio procedat.
¶ Grec⁹ inſtat. Secundū rōem tuā ſequit ꝯfuſio in filio et
in patre:et erit in ſpū ſcťo diminut⁹ numer⁹ trinitatꝭ.qm̄ ſm la
tinos vn⁹ ſolus ē pater:et alť eſt filius.ſunt ḡ due ꝑſone ſecūdū
relatōez amboꝝ.et inq̄ꝝtuz ſunt vna ſpiratiua ꝓꝑetas :ſunt vna
ꝑſona ꝯfuſa et ꝯpoſita.et ē altera ꝑſona ſpūs ſcťi q̇ erit ab illa ꝑ-
ſōa ꝯpoſita et ꝯfuſa quē ſpm̄ ſcťz opz eē ꝑſonā ꝯfuſaz ⁊ cōpoſitā
ſcđ̄z ſuū principiū.Sūt ḡ in eēntia dīa due ꝑſone et non tres cō
poſite/et non ſimplices:ꝯfuſe ⁊ non diſtincte.et ſic ſeq̇ť ſecundū
tuā rōnem ꝙ in deo ſit minoritas in magnitudine bonitatꝭ etni-
tatis ⁊c̄.cū plꝛes ſint tres perſone:q̄ꝫ due.et digni⁹ ſit ſimplex q̄ꝫ
ꝯpoſitū.et claꝝ q̄ꝫ ꝯfuſum. ¶ Reſpondit latin⁹ ⁊ dixit. Sine
eternitate ⁊ ei⁹ nā.aut ſine magnitudine bōitatꝭ/ pťatꝭ/ vnitatꝭ/
cēntie/⁊ naťe ⁊c̄. eēt x̄um h̊ qđ dicis.ſed qꝛ eternitas naťaz hēt
que patrē durare facit eē patrez.ſ.ꝙ pr̄ inq̄ꝝtū ē etnitas ē inalte-
rabilis ⁊ imutabilis.⁊ idē eſt de filio inq̄ꝝtū eſt fili⁹.qꝛ ꝑ etnitatē
eſt in alterabilis ⁊ ipmutabilis.⁊ eſt ip̄a etnitas .⁊ inq̄ꝝtuz etni-
tas ꝯſuat ſimplicitatē ⁊ diſtinctōez.Et ambo ita ꝯſuati ꝑ eter-
nitatē ſunt vna ꝓꝑetas ſpiratiua ita in ip̄a ꝯſeruati in ſimplici-
tate ⁊ diſtinctōe:vt ꝯſuati vna eēntia/vna deitas/vna nā/vnus
dus/vna bonitas/vnū boníficare/vna magnitudo/vnū magni
ficare ⁊ ſic de aliȷ̄s.Eſt ḡ rō noſtra ſalua ⁊ non caſſa.ſꝫ tuuz ar-
gumētum non valet.

## De nona rōne pꝛīe partis Ca. x.

LAtinus procedens ad nonā rōez dixit. Illud opz
ō nec̄itate eē in dō/qđ infert maiorē nec̄itatē:ne in
deo ſint pl̄ꝛes vel pauciores ꝑſone q̄ꝫ tres tm̄mō.⁊
illā nāz:q̇ eſt rō ꝙ in deo non ſint plures ꝑſone nec
pauciores:q̄ꝫ tres volum⁹ inueſtigare cū maioritate mediȷ̄.Ha
beť igiť magnitudo ⁊ ꝯplemētū mediȷ̄ trib⁹ mōis.Un⁹ modus
eſt ꝑ ꝯiūctōez.ſic due res q̇ ſe inuicē ꝯiūgūt in vnū ⁊ ꝑ vnū ⁊ cū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vno.Scđs ē:ſic mediū qđ ē eq̄liter inter duo extrema. Et t̄tius ſic mediū qđ eſt ꝑ totū ṗncipiū atq3 finē.ꝛ ē ita magnū: ꝛ ita no=bile in ṗncipio ꝗ̄ in fine ꝛ ꝯuerſo.Cōceſſuʒ ē aūt ꝙ in trinitate pr̄ eſt in medio filij ꝛ ſpūs ſancti in gnādo filiū ꝛ ſpirando ſpm̄ ſctʒ.Sed inq̄tū non eſt ꝯceſſum ſpūʒ ſctm̄ ꝓcedere a filio non ē filꝰ in medio pr̄is ꝛ ſpūs ſcti.qm̄ bōificare/magnificare ꝛc̄.eēn tiare/nāre/ꝛ vnire exiſtūt it̄ pr̄eʒ ꝛ filiū ꝛ nō it̄ filiū ꝛ ſpūʒ ſctʒ.ꝛ illā eādē exn̄tiā hn̄t inter pr̄eʒ ꝛ ſpūʒ ſctʒ.Quare ſpūs ſcs̄ non ē in medio patris ꝛ filij.Deficit ḡ maioritas medij in equalitate. quia non habet ſubiectum in quo poſſit eſſe. Et deſſicit etiaʒ in coniunctiōe.quoniam ſubiectuʒ non habet in quo pſone poſſint vniri. Deſſicit adhuc inq̄tū pater ꝛ filꝰ non poſſunt ſe habere ſimul ad principiandum nec ad finiendum/ſcilicet ad complē=dum. Et quia in trinitate oportet eſſe maius medium quod po ſſit conſiderari in magnitudine bonitatꝭ ꝛc̄.Oportet de neceſſi=tate ꝙ ſpiritus ſanctꝰ exeat a filio.vt bonificare/magnificare ꝛ alia exiſtant int̄ filiū ꝛ ſpm̄ ſanctū ita coniunctim/equaliter/ et extenſe ſicut inter patrem ꝛ filium.ꝛ patrem ꝛ ſpiritū ſanctum.

¶ Inſtat grecus. Secundum rationem tuam ſequit̄ ꝙ in trinitate non poſſit eſſe mediū ſine magnitudine bonitatꝭ/ et̄=nitatis ꝛc̄.quia in hoc qđ dicis ꝙ pater ꝛ filius ſpirant ſpiritum ſanctum:medium eq̄litatis non poteſt habere in trinitate ſub=iectum.qm̄ pater eſt principium non principiatū ṗncipiās filiū ꝛ ſpm̄ ſctm̄.ꝛ filꝰ ē principiū ṗncipiatū a pr̄e.ꝛ ē ṗncipiū ṗnci=pians ſpm̄ ſctʒ.ꝛ ꝑꝑ h̄ mediū non pōt eē int̄ ṗncipiuʒ non ṗncipi atuʒ ꝛ ṗncipians:ꝛ ṗncipiū ṗncipiatū ꝛ ṗncipians. ꝛ q2 medio deffic̄ in trinitate ſbm̄:non pōt eſſe in maioritate.ſʒ oportet ꝙ in ipa trinitate ſit in ṗuatōe:q̄ ṗuatio ē impoſſibilis. Et adhuc ſe=quūt̄ alia plura inconueniētia ſi ſpūs ſcs̄ exit a filio.q2 non ṗn=cipiatuʒ ꝛ ṗncipiatū ꝯiūgunt ſe ꝛ ꝯuertunt̄ in vnitate ſpiratiua. ꝛ inter principiatum ꝛ non principiatum diſtinctio non h̄et ſub iectū in quo poſſit eſſe.quia ſibi ſubiectū deſſicit ratione vnitatꝭ quā hn̄t pat̄ ꝛ filius in ſpirando.ꝛ ſic etiā ratio medij non h̄et in q̄ extendere ſe poſſit.ꝛ ſic eſt deſtructus totꝰ ordo medij in de=ſtructione diſtinctionis ꝛ principij quod iam dixi.

¶ Rn̄dit Latinus Q̄ ꝗ̄uis ita ſit ꝙ pater non ſit principiatus ꝛ ſit principians:et filius ſit principiatus et principians. Non tamē ſequitur ꝙ medio equalitatis ſubiectum deſſiciat poſtquam



(c) 2006 Ministerio de Cultura

remanet diſtinctio patris ꝛ filij.ꝛ in ipſa exiſtunt ꝛ ſunt equales gn̄ās ꝛ generabilis:ꝛ generare ē eq̄le ambobus.ꝛ ħ idē de bonitate q̄ eſt in ip̄o generare cū bonificare qḋ eſt cum eq̄li medio in bonificatiuo ꝛ bonificabili.ꝛ ſil'r ḋ magnitudine/et̄nitate ꝛc. Et inq̄ꝰtū dicis ꝙ ḋ non p̄ncipiato ꝛ p̄ncipiato non p̄ōt ſcq̄ medium ꝯiūctōis ꝟū eſſet/niſi et̄nitas ꝯſeruaret diſtinctiōez:quaz pr̄ ꝛ filiꝰ h̄n̄t in gn̄āre:q̄ remanet et non deſtruit̄ in vnitate:quā h̄n̄t in ſpirare.cū diſtinctio ſit inter gn̄āre et ſpirare/et diſtinctionare/ꝛ vnire:pp̄ quā diſtinctōez mediū eſt in ꝯiunctione generandi/in ꝯiūctoe ſpirandi et p̄ōt extenſe eſſe p̄ totaz trinitatem. Vn̄ tua ratio nullā neceſſitatē inducit.

# De decia ꝛ vltia rōne p̄ie ptis C.xi.

Matinus. Illḋ opꝫ eē ꝟum in filio ꝛ ſpū ſcto:per qḋ maioꝛ finis p̄ōt eē inter ipſos.nam alias eēnt in minoritate finis/et ēt bonitas/et̄nitas/p̄t̄as ꝛc. āboꝝ eſſent in paruitate contra magnitudinē qḋ eſt impoſſibile. Eſt igit̄ ꝟū ꝙ inter filiū et ſpm̄ ſctm ē maioꝛ finis qui poſſit eſſe.et maioꝛ finis q̄ poſſit eſſe inter ipſos/eſt ꝙ a filio p̄cedat ſpūs ſct̄s.qm̄ maioꝛ finis eē non p̄ōt q̄̄ ille finis q̄ eſt deus ḋ deo:et p̄ deū et in deo. Et adhuc maioꝛ finis q̄ poſſit eē in patre eſt maioꝛ finis q̄ poſſit eſſe in filio:qꝛ in nobilitate filij exiſtit nobilitas patris.ē igit̄ nobilitas patris in nobilitate quā h̄et filius in ſpirādo ſpm̄ ſctm. Et ſpūs ſct̄s nobilis ē in nobilitate āboꝝ. Preterea ſi filiꝰ ſpiraret ſpm̄ ſctꝫ finis.i.cōplemētū eſt eq̄liter in omnibus tribus ſine mag[ꝛ] ꝛ minꝰ.velut in pr̄e/q̄ eſt ꝯplemētuꝫ filij ꝛ ſpūs ſcti/gn̄ando filiū et ſpirādo ſpm̄ ſctm.et ipius poteſt fieri diffinitio ꝯpleta.vt ſi q̄reret̄ q̄d eſt deus pater:ꝛ rn̄deretur Pat̄ eſt vna ſola paternitas gn̄ans filiuꝫ et ſpm̄ ſctm ſpirās. et hoc idē etiā ḋ filio p̄ōt dici:q̄ h̄et finē in ſe/inq̄ꝰtū eſt finis p̄ ſeipꝫ et eſt finis patris:ꝛ ſpūs ſancti.qm̄ ipe eſt a pr̄e ꝛ p̄ ipm̄ eſt ſpūs ſct̄s ħ qḋ eſt/inq̄ꝰtū eſt ab eo ſpiratus.q̄re p̄ōt fieri de filio ꝯpleta diffinitio ſeu deſcriptio.vt ſi q̄rat̄.q̄d eſt filius: et rn̄deat̄. ꝙ filius eſt illa ſola filiatio ſeu p̄ſona q̄ a patre eſt genita et ſpūꝫ ſctꝫ ſpirat. Et ſil'r dici p̄ōt eodeꝫ mō de ſpū ſcto.q̄ eſt finis et cōplemētum ſui ipſius et patris et filij. ꝯplementum.n.ē ſui ipſiꝰ.qm̄ ipe eſt vna ſola ſpiratiō et finis patris ꝛ filij.qꝛ cōpletur et in eo finit̄ numerꝰ oīum triū:ꝛ h̄n̄t in ip̄o q̄eteꝫ bonitas/magnitudo/

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eternitas/⁊c. in h ꝙ non tranſeũt vſqꝫ ad q̄rtã pſonã. Quare ſi qs
querat qđ ſit ſpũs ſcͭs: potes ei rñdere faciendo diffinitõem ſeu
deſcriptõeꝫ ꝯpletã. Q. ſpũs ſcͭs eſt illa pſona q̃ exit a pr̃e ⁊ filio
in q̃ quietē hēt actus ſeu actio patris ⁊ filij. q̃ quartã non req̄rit
pſonã. Scđm aũt modũ quē dixim⁹ ē ſignificatũ ⁊ probatũ ꝙ fi-
lius ſpm̃ ſcͭm ſpiret. qm̃ ſi ſpũs ſcͭs non exiret a filio non hēret
finis inter ambos nec ipoꝝ amboꝝ poſſet fieri diffinitio ita ꝯple
ta. qm̃ diffinitio ſeu deſcriptio filij fieret tm̃modo ſm ſe ⁊ ſm pa
trem. dicēdo fili⁹ eſt illa pſona q̃ gn̄atur a patre. et ſimilr̃ de ſpũ
ſcͭo/dicēdo. ſpũs ſcͭs eſt illa pſona q̃ ꝓcedit a pr̃e. q̄re minora-
retur amboꝝ diffinitio. Preterea non poſſet dici ꝙ pat̃ et filius
eſſent ille due pſone q̃ ſunt in gn̄atõe diſtincte/⁊ vnũ pͥncipiũ in
ſpiratõe. ⁊ alia multa [niſi a filio ſpiritus ſcͭs exiret] incõuenien
tia ſeq̄rent̃: q̃ ſunt ipoſſibilia. Exit ḡ ſpũs ſcͭs a filio. ¶ Grec⁹.
Patre generãte filiũ in generatõe ſunt oēs in patre dignitates
actiue q̃ pater eſt dignitates ipe. ⁊ in filio oēs [vt ita loq̄r] paſſi
ue q̃ fili⁹ eſt eedē dignitates. nã pr̃ oēs ipſas filio dat. ⁊ ſi ſpirit⁹
ſanct⁹ exeat a filio ſeq̄t̃ in dignitatib⁹ altera⁹ ⁊ mutatio. qꝛ cuꝫ
ſint in filio paſſiue. de paſſiuis ꝯuertũt̃/mutãt̃/⁊ alterãt̃ in acti-
uas/inq̄tũ filius ſpirat ſpũm ſcͭm: ⁊ ei donat ipas ⁊ ſic mutant
totũ ordinē dignitatũ q̄tũ ad actõem ⁊ paſſiõeꝫ ⁊ poſſent eē ac
tiue in patre ⁊ in filio paſſiue. exiſtente patre filio ⁊ econuerſo ⁊ ēt
eſt in ips dignitatib⁹ maioritas finis deſtructa cõtra duratõem
eternaꝫ. vñ ſeq̄ret̃ puitas duratõis ꝯtra magnitudinē ⁊ p ꝯñs ma-
licia ꝯtra bonitatē: ⁊ obilitas ꝯtra ptateꝫ ⁊ ſic ꝺ alijs. Hoc auteꝫ
eſt ipoſſibile. q̄re ē ꝺ neceſſitate ꝓbatũ ꝙ ſpũs ſanct⁹ non exit a
filio nec ē rõnabile ꝙ h fiat. ¶ Latin⁹. Uerũ ē ꝙ in deo non ē
altera⁹ nec in ſuis dignitatib⁹. qm̃ in eterna opatõe ⁊ etiã infini
ta nullo mõ mutatio nec alteratio põt eē. ſic bonitas ⁊ magnitu
do q̃ ſunt in patre dignitates actiē ⁊ in filio paſſiue p modũ ge-
neratõis. ⁊ in ſpũ ſcõ paſſiue p modũ ſpiratõis. Nec fit pp h mu
tatio vel alteratio p mõm ſpirãdi/nec etiã gn̄ãdi. q̄re ſic eſt per
petuata actio ſpirãdi ⁊ generãdi: ſic ꝑpetuata eſt actio quã hn̄t
pater ⁊ fili⁹ in ſpirare. ⁊ huiuſmodi actio ⁊ nã exiſtit in magni-
tudine diſtinctõis/vnitatis/ſpiratõis/bonitat/⁊ magnitudinis
⁊c. q̄re tua rõ non valet. poſtq̄ fili⁹ ⁊ ſpũs ſcͭs hn̄t diſtinctiõem
pſonalē. tñ xa eēt niſi eſſet diſtinctio inter generare ⁊ ſpirar̃. ⁊ ſi
fili⁹ generet pr̃eꝫ eēnt in eo dignitates patris actiue ⁊ paſſiue ⁊

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in filio ſiſ; vno alterꝫ gn̄ante.ꝛ foret q̄libet pſona alterata in alia q̄ alteratio ē impoſſibilis. ¶Amice dixit latin⁹ greco. Scd̄m decē rōnes q̄s audiſti potes cōſiderare ꝛ videre rōes q̄s habēt ꝯtra grecos latini:ꝛ ad alias rōnes q̄s vos poteſtis cōtra nos dicere poſſum⁹ rn̄dere ꝯplete ſ; exēpla q̄ audiſti:ex nr̄is reſpō ſionib⁹ tibi factis. Et rn̄dit grec⁹ ꝛ dixit ꝙ bene videbat modū vtrūq;.q̄re deſiderabat ꝙ fieret iudiciū ſup opiōib⁹ grecoꝝ ꝛ latinoꝝ ſm rōnes predictas. Et tūc tranſiuit latin⁹ ad ſecundā ptē.ſ.ad ꝓbādū neſtorino ꝙ in ih̄u x̄º non ſit niſi vna tm̄º pſōa.

## De ſcd̄a parte:que eſt de diſputatione latini:ꝛ neſtorini.ꝛ p̄mo de poſitōe. Ca. xij.

POſitio mea eſt [dixit latinus] ꝙ deus filius eſt incaruatus tantummodo ꝛ ipē eſt vna perſona dia/ ſinplex/indiuiſibilis/eterna/infinita/bona/potēs/ ſapiens/amoroſa ꝛc̄.ꝯpleta oib⁹ ꝯplementis ſine aliquo deffectu.Caro quam aſſumpſit eſt de noſtra natura hūana.Carnem veram aſſupſit cū vera rōnali anima.ꝛ ipaꝫ carneꝫ aſſumpſit ſimul cū anima rationali ſine ſucceſſione in vētre dn̄e noſtre beate Marie virginis glorioſe:que concepit filium ꝛ verum hominem vocaum ih̄m xp̄m deum quoad naturam diam hominem quoad humanam.Qua poſitione finita queſiuit a neſtorino ſi placebat ei poſitio quam fecerat. ¶Reſpondit auteꝫ Neſtorinus ꝛ dixit.ꝙ erat illa poſitione contentus.Verūtamē ſcire volebat ab eo quem modū intendebat tenere ad probanduꝫ ꝙ in xp̄o non ſit niſi vna perſona ꝛ per quot rationes:ꝛ etiā ꝙ diceret ei modū ſ; queꝫ intelligebat ꝙ filius dei naturā humanam ſumpſit. ¶Dixit latinus ꝙ modus ſcd̄m quem intendebat probare vnam perſonaꝫ tantūmodo eſſe in ih̄u xp̄o erat ille/quem tenuerat cum greco ſcilicet ſcd̄m dignitates dei. Et per decē rationes volebat probare vnam ſolam perſonam eſſe in xp̄o.quoniam per illas decē rationes poterat haberi modus ſoluendi queſtiones alias peregrinas. Modus itaq; incarnationis eſt iſte.Deus filius eſt vna perſona ꝛ eſt bonitas/magnitudo/eternitas ꝛc̄. ratione bonitatis aſſumpſit bonam naturaꝫ humanam.ꝛ ratione magnitudinis magnam.ꝛ ratione eternitatis perpetuam ꝛ inſeparabilem.ꝛ ratione poteſtatis potēteꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

⁊ ſic de alijs. Et propter hoc fuit incarnatio ſcđm magnum modũ bonitatis create ⁊ increate. ⁊ idem de alijs aſſimilãdo dignitates creatas [q̃tuȝ potuit] increatis. vt magnitudo bonitatis ⁊c̃. in illa incarnatõe occioſa non eẽt. nec bonitas inuida ⁊ ſic ď alijs. ⁊ fuit fc̃a incarnatio ſm annuntiatõeȝ ſancti gabrielis archangeli. ⁊ ꝯceptõem beate Marie ⁊ de bonitate ⁊ magnitudine ipſius. ¶ Preterea omnes partes nature humane/ q̃s vocamus bonitatẽ/magnitudinem/duratõeȝ ⁊c̃. taȝ ſpirituales q̃ corporales ⁊ differentes numero/fuerũt eedẽ numero in nã diuina ⁊ ſuſtẽtate in ipa ⁊ in vno eodẽ numero ſcđm quẽ diuine dignitates ſunt vnũ idẽ numero. ſic bonitas dei que eſt magnitudo ď. ⁊ magnitudo bonitas ⁊ ita ď alijs. Et q2 iſte dignitates ſunt inducte in ď fi° ptib' nãe hũane: q̃ ptes ſunt inuicẽ diuerſe ſm naturam humanam. ita ꝙ vna non eſt alia: eſt filius dei factus hõ ſcđm predictũ modum. ⁊ ille hõ factus eſt deus. Iſte modus ⁊ multi alij dixit latinus fuerunt in incarnatione diuina. q̃re rogo te quatinus mihi dicas modum ſcđm quem vos creditis deuȝ filium incarnatum fuiſſe. ¶ Neſtorinus reſpondens ait. *nota bene*

Pro parte ſum contentus de poſitione quam facis. Sed placeret mihi ꝙ addidiſſes/ꝙ partes nature humane alie in alijs inuicem ſuſtentantur /ſicut bonitas que ſuſtentatur in magnitudine ⁊ econuerſo. exiſtente bonitate magna ratione magnitudinis/⁊ magnitudine bona ratione bonitatis. ⁊ de omnibus partibus eſſet vna perſona humana: in qua ſint ſuſtẽtate ptes. ⁊ ipa in eis. ⁊ ꝙ iſta pſona ſit p ſe exñs vnus hõ creatus ⁊ ꝯceptus in ṽgine glorioſa: ipãq3 induct' filius dei exiſtens vna perſona diuina p ſeipam hitans in hũana pſona ⁊ participans per grãm cũ ea. ⁊ ex ambab' pſonis hẽr vn' deus ihs xp' ver' de' ⁊ ṽus hõ in q̃ participent increata bonitas ⁊ creata ⁊ magnitudo ⁊ alie: ſm quã pticipatõeȝ ſit facta incarnatio filij dei. ⁊ iſte ẽ modus ſm quẽ nos in incarnatõe filij dei credimus. Tu igitur deinceps potes procedere quando voles.

## De pria rõne ſcđe partis. Ca. xiiij.

Incipiẽs latin' primã rõnem dixit. Dei ſapiẽtia intellexit: ⁊ ſua volũtas dilexit maiorẽ magnitudinẽ bonitatis/duratõis/ptatis ⁊c̃. q̃ poſſit eſſe. ⁊ h in illa incarnatõe filij dei. Vñ ſic ſapia ⁊ volũtas hũerũt ſe ad illã incarnatõeȝ cũ maiori obiectatõe bonitatis/magnitu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dinis ⁊c. oportuit ꝙ h ita compleret bonitas/magnitudo ⁊c. vt eſſent eq̃les obiectatõi ꝑdicte in illa incarnatõe. Oportuit ergo illã incarnatõez eẽ maiorẽ q̃ eſſe poſſet/obiectatã ꝑ ſapiãz:⁊ volũtatez:⁊ ↄpletã ꝑ bonitatẽ/magnitudinem ⁊c. Maior aũt non eẽt ſi eſſent in xͦ due ꝑſone. qm̃ ꝑſona hũana ſuſtẽtaret in ſeipa: ⁊ ſue partes in ea ⁊ ipa in eis:⁊ ſic non poſſet eẽ vnio ipſiꝰ ⁊ ꝑſone die:niſi eẽnt ſb eadẽ eẽntia. vt tres ꝑſone die/que ſunt ſb vna eẽntia dia. vel ſic aia rõnalis ⁊ corpus hũanũ aie cõiunctũ que ſunt ſub vna eſſentia hũana. Qm̃ aũt oportet deuz ⁊ hoiez eẽ ꝑ eẽntiaz diſtinctos:⁊ in incarnatõe fieri ↄiũctiõem nãe die ⁊ humane [vt ſit vnꝰ xꝰ] impoſſibile ẽ ꝙ in xͦ ſint due ꝑſone. ſ. dia et hũana. Eſt ğ ihs xꝰ vna ꝑſona diuina in q̃ nã hũana eſt homo: ⁊ ille hõ in ꝑſona diuina eſt deꝰ. ⁊ ꝑſona in natura hũana eſt hõ ⁊ ſic fit vnio nature hũane ⁊ diuine. ⁊ vnio bonitatis die ⁊ bonitatis hũane ⁊ ita de alijs. Et ideo ꝑſona eſt vna ⁊ vnus ihs xꝰ: qui eſt verus deus ⁊ homo. ¶ Inſtat Neſtorinꝰ contra latinum dicens ſic. Scd̃m obiectationem voluntatis/⁊ ſapientie ⁊ etiam ſm complementuz bonitatis/durationis ⁊c. non poſſet eſſe incarnatio niſi hõ per ſeipm poſſet eſſe homo/ ita ꝙ in alia natura eſſet homo ⁊ in ſua non. Oportet ergo ꝙ ipe homo deificatus eſſet in ſeipo perſonatus ⁊ homificatus. ne ſua natura cõcordaret cum minoritate bonitatis/magnitudinis ⁊c. Et quia illum hominem oportuit eſſe nobiliorẽ hominem omnibꝰ alijs in natura humana/ſequitur ꝙ ſit per ſeipm perſona:⁊ per ſeipz ſuſtentatus. ¶ Reſpondit latinus. Quanto fortius natura humana xpi participat cum diuina natura:tanto longius diſtat a minoritate bonitatis/magnitudinis ⁊c. ⁊ propinquior eſt eax magnitudini:⁊ habet nobilius ſubiectum/⁊ ſuſtẽtamentuz. Et qr ꝓpinqor eſt nature die:ſi ꝑſona eſt vna ⁊ nãe due/ ꝙ̃ ſi eẽnt due ꝑſone. non valet tua rõ:⁊ noſtra poſitio ⁊ ꝓbatio vera eſt.

## De ſcd̃a rõne ſcd̃e partis. C. xiiii.

tradas:ſunt.n.vicio tp̄is corruptiſſimi.Et ſi tibi nō ſatiſfiāt ꝟe lectōi latina ꝯꝑe
abis ⁊ vulgaria:itidē ⁊ arabica.In h̄.n.triplici ſmonū idiomate pius ⁊ ſapiens
heremita Remōdus ſuos libros oiuz diſciplinaꝝ ꝯſumatos poſteritati demā⸗
dauit. Uale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Inſtrumentū cuiuſdaʒ ſententie retractantis quicquid attentatuʒ eſt ꝑ quoſcunqꝫ: et qualitercunqꝫ ꝛc. auctoꝛitate cuiuſdā aſſerte bulle Gregoꝛii vndecimi contra doctrinam illuminati doctoꝛis Raymundi lulii pii heremite. atqꝫ ipſum raymundū: eiuſqꝫ doctrinaʒ/ vt bonam et catholicam/ in pꝛiſtinū ſtatū reducentis. Perlege feliciter quiſquis es/ aut boni conſultoꝛ: aut exoſoꝛ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Requiſitio.

¶ Die xx. martij anno quingen
teſimo nono poſuit Reuerēdus
Alphonſus de probaza in arti-
bus bacallarius infra ſcriptus
coraz Reuerendo domino fran
ciſco ſoller decretorum doctore
vicario generali et officiali valē
tinenſi.·.

Coram vobis admodum Reuerendo dn̄o Franciſco Sol
ler decretorum doctore Decano/ et Canonico Ilerdenſi/
vicario ⁊ officiali generali eccleſie valeñ. conſtitutus perſonalit̄
ego Alphōſus ð ꝓbaza ſacerdotū minim⁹ in artib⁹ bachalarius ⁊
et Rmi. D. Guillelmi Raymundi de Moncada epi Tyraſoñ. ſe
cretarius dico ⁊ propono. Q̄ cum olim orta eſſet dubitatio ⁊ con
trouerſia ſup quibuſdam articulis in doctrina pij heremite magi
ſtri Raymundi lullij [vt pretendebatur] repertis/ an ſaperent he
ſim vel non. ⁊ fuiſſet a ſede apoſtolica ſuper huiuſmodi articuloꝝ
examinatione delegatus iudex certus ⁊ ſpecialis/ datus ⁊ aſſig-
natus. ⁊ per eundem iudicez cauſa iuxta ſedis apoſtolice manda
tum in ciuitate Barchinone examinata/ cognita: ⁊ facta de predi
ctis articulis inquiſitione: ⁊ negocio ad plenuz diſcuſſo/ debito iu
ris ordine in omnibus obſeruato. prolata tandem in re fuiſſet dif
finitiua ſententia: in ⁊ cum qua pronunciatum ⁊ declaratuz fuit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dictos articulos [ſi qui tales vt aſſerebatur in libris prefati docto
ris reperti ſunt] eſſe catholicos ⁊ doctrine ſancte matris eccleſie
fidei ortodoxe/ ⁊ aliorum theologorū doctorum conſonos ⁊ con
formes. ⁊ longe ab omni hereſis labe ⁊ ſuſpicione alienos. vt pu=
ta ab hoīe non minus chriſtianiſſimo: q̄ doctiſſimo. ⁊ non ſine ali
quo bono numine [vt manifeſtiſſimo eius vite/doctrine/ ⁊ marty
rij exemplo comprobatur] afflato/in ſuis libris poſitos ⁊ chriſtia
noruꝫ poſteritati demandatos. pro vt hec ⁊ alia ſcitu non indig=
na in predicta ſententia: que in promptu eſt veriſſime continent.
Cuiꝰ q̇dē ſententie tenor ⁊ eiꝰ publicū ⁊ auctenticū inſtrumentū
in publica forma auctēnice redactū: ⁊ in ꝑgameno ſincere ⁊ fide=
liter ſcriptū. ⁊ ſignis non ſolū diuerſoꝝ tabellionū ſignatū: verūetiā iu
dicꝭ ſigillo in pēdēti munitū ⁊ corroboratū cū non āpliꝰ: q̄ vnū in
iſta ciuitate repiat̄ penes quendaꝫ predicti Raymundi/eiuſq̄ do
ctrine aſſeclam ⁊ deuotum. ⁊ cū aliunde fortaſſis aliud ſine mag
no expenſarum diſpendio minime poſſit comode haberi. ſi iſtum
duntaxat vnum aliquo caſu vt euenire ſolet deperderetur. Atten
tis omnibus ſupradictis ego dictus proponens pro ea deuotione
obſeruantia ⁊ charitate quas merito prefato huic illuminato do
ctori ⁊ omnibus alijs ſapientibus magiſtris ⁊ doctoribus catho
licis debeo: ⁊ ꝓ communi rei pu. bono/ ⁊ meo/ ⁊ aliorum complu
rium piorum hominum intereſſe. qui prefatum doctorem eiuſq̄
doctrinam mirabili deuotione/amore/ ⁊ religione proſequuntur
peto a vobis iudex admodum Reuerende vt pro iſto veſtro qđ
nunc geritis officio prefatam ſententiam ob cauſas ⁊ rationes ſu
perius memoratas ad perpetuam rei memoriam in regiſtris pu
blicis veſtre curie veſtra auctoritate tranſcriptam recondi ⁊ ob
ſeruari iubeatis. Si prius vt fieri debet per veſtraꝫ dominationē
diligenter examinata ⁊ diſcuſſa in nulla ſui parte viciata nec can
cellata reperta fuerit: ſed auctentica vt eſt et talis/cui in iudicio/
⁊ extra plena fides adhibenda ſit. vt nunc ⁊ in omni tempore toti
ens quotiens opus fuerit ex ipſis publicis archiuis copiam pre=
dicte ſententie in publica forma manu/ ⁊ ſignis. ⁊ auctenticorum
tabellionum ſignatam ⁊ ſigno veſtre dominationis vel cuiuſq̄ al
terius futuri officialis/ ⁊ ſigillo veſtre curie munitam ⁊ corrobo=
ratam poſſint habere illi: qui in poſterum ad aliquod priuatum/



(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel publicum bonū huiuſmodi ſentētie inſtrumēto aut letari aut iuuari quomodocunq; deſiderent. Quod id totū ſupradictū cuꝫ mihi de iure negari non debeat iterum atq; iteruꝫ peto. veſtro nobili officio ſuper premiſſis omnibus benigniter implorato.

## Prouiſio iudicis.

¶ Inſeratur predictum inſtrumentum in regiſtris curie vicariatus ad perpetuam rei memoriam. ¶ Cuius quidē prouiſionis vigore ego Raymundus Guerau apoſtolica regiaq; auctoritatibus notarius publicus valeñ. ⁊ per omneꝫ terram ⁊ dominationeꝫ ſereniſſimi domini caſtelle ⁊ aragonum regis/ſcribaq; curie vicariatus generalis valeñ. dictum inſtrumentuꝫ in regiſtris curie dicti vicariatus generalis valñ. continuaui ſub libro collationum anni predicti in hunc qui ſequitur modum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

85

Hoc eſt tranſumptū/ ⁊ in hanc publicam formam publicūq; exemplū redactuꝫ auctoritate/ ac mandato Reuerendi dñi Vicarij generalis Reuerendiſſimi dñi Maioricenſis Epi infraſcripti a quodā publico documento: prout inferius ꝯſtat: legitimo ac publico tabellione clauſo quodāq; oblongo ſigillo apenditio comunito. Cuius tenor talis eſt. ¶ Bernardus miſeratione diuina Eps ciuitatis Caſtelli/ comiſſarius ad infraſcripta per Reuerendiſſimum in Xpo patrem ⁊ dñm. D. Alamanum miſeratione diuina Cardinalē/ ⁊ legatū infraſcriptū deputatus. Uniuerſis ⁊ ſingulis xpi fidelibus: ad quē vel ad quos preſentes ꝑuenerint: Salutē in dño Ihu xpo. Litteras pergameneas prefati reuerendiſſimi dñi legati/ eius ſigillo pendenti in qbuſdaꝫ cordonibus de filo rubeo ſigillatas/ ſanas ⁊ integras/ non viciatas non cācellatas/ non in aliq ſui parte ſuſpectas/ ſed oī prorſus vicio/ ⁊ ſuſpitione carentes/ comiſſionē de ⁊ ſup infraſcriptis nobis factā continentes/ nobiſq; pro parte honorabiliū conſanguineoꝝ/ ⁊ amicorū quondā magiſtri Raymundi lull in eiſdē litteris nominati preſentatas. Nos cum ea/ qua decuit reuerentia recipiſſe noueritis ſub hac forma. ¶ Alamanus miſeratione diuina tituli ſancti Euſebij ſacroſancte Romane Eccleſie preſbiter Cardinalis in Aragonie/ Valentie ⁊ Nauarre Regnis/ ac Maioricarū ⁊ minoricarū inſulis in nonnulliſq; alijs partibus/ ⁊ terris apoſtolice ſedis legatus Reuerendo in Xpo patri dño Epo ciuitatis Caſtelli Salutē in dño ſempiternā. Sua nobis conſanguinei/ ⁊ amici quondā magiſtri Raymundi lull petitione monſtrarunt: ꝙ olim qdam frater Nicolaus aymerici ordinis predicatorū tunc in Regno Aragonie officiū inqſitionis heretice prauitatꝭ exercens/ tpe felicis recordationis Gregorij pape vndecimi cōtra artē ⁊ doctrinā ipſius Magiſtri Raymundi vigore cuiuſdaꝫ ficte bulle[vt aſſeritur]ꝑ ipſuꝫ falſe fabricate/ temere attentauit in fame ipſius doctoris ⁊ artis eiuſdē denigrationē ⁊ non modicā leſionē. Quare pro parte ipſoꝝ nobis fuit humiliter ſupplicatū vt attentata huiuſmodi nulla fore/ declarare/ ipſaq; caſſare/ ⁊ anullare auctoritate aplica dignaremur. Nos igitur de premiſſis plenā notitiā non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati circunſpectioni vre tenore preſentiū comittimus ⁊ mandamꝰ [ſi eſt ita] quicquid ꝑ ipſuꝫ fratrē nicolaū inueneritis contra ipſum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſum magiſtrum Raymundum/ ⁊ opera ſua temere attenta=
tum in ſtatū priſtinum reuocare curetis eadem nulla ⁊ caſſa/ac
irrita auctoritate prefata penitus nunciantes. Datum Barchino
ne ſecundo cal's martij anno a natiuitate domini Milleſimo qua
dringenteſimo decimo nono pontificatus ſanctiſſimi domini no
ſtri. D. Martini diuina prouidentia pape quinti anno ſecundo.

¶ POST quarum quidem litterarum preſentationem
⁊ receptionē fuimus cū inſtantia debita reqſiti vt ad executioneʒ
in dictis litteris contentoꝝ ꝓcedere curaremus iuxta traditā ſeu
directā a prefato Reuerendiſſimo dño legato in preinſertis litte
ris nobis formā. Et ad fundandā eoꝝ intentionē dixerunt/ ꝓpo
ſuerunt/ ⁊ ꝓduxerunt dicti conſanguinei/ ⁊ amici ꝑ ordinem que
ſequuntur. ¶ Et primo ꝙ dicta aſſerta bulla erat exorbitans a
iure/ ⁊ etiā a ſtilo curie Romane: ⁊ ſignanter videbatur in hoc ꝙ
viginti libri in qbus aſſeritur: ꝙ fuerunt inuenti ducenti articuli
erronei ⁊ hereticales: non nominātur in dicta aſſerta bulla: nec e
tiam dicti articuli aſſerti erronei/ ⁊ hereticales in ipſa inſeruntur
nec aliqualis mentio d̄ eorū ſententia ibi videtur. ſed generaliter
⁊ confuſe pertranſit. ¶ Itē ꝙ in ipſa dicta bulla erat falſa latini
tas: que viciat reſcriptū papale. ¶ Itē ꝙ dicta bulla non erat re
giſtrata/ nec conſeqnter reperta in regiſtris curie Romane: in q
bus documentorū papaliū originalia reconduntur. Ad quorʒ
omniū predictorū probationem/ ⁊ oſtenſionē probabilem produ
xerunt in ſua propria forma quoddā publicum inſtrumentuʒ ac=
tum Auinioni per dominū Cardinalem in ipſo inſtrumento no=
minato iudicem ⁊ comiſſarium per Sedem apoſtolicam deputa
tum in quadam cauſa: occaſione cuius de dicto inſtrumento con
ficiendo fuit facta inſtantia coram ipſo: in quo inſtrumento eo qꝛ
in ipſo de verbo ad verbuʒ eſt dicta bulla inſerta affirmarunt pre
dicti parentes/ ⁊ amici omnia ſupradicta clare/ ⁊ lucide poſſe aſ
pici/ ⁊ videri: quod quidem inſtrumentum eſt huiuſmodi ſerici.

¶ IN NOM Ine domini Amen. Nouerint vniuerſi pre=
ſens publicum inſtrumentū inſpecturi Q coram Reuerendiſſi
mo in Chriſto patre/ ⁊ dño Leonardo miſeratione diuina tituli
tituli ſancti Sixti preſbitero Cardinali iudice/ ⁊ comiſſario ꝑ ſan
ctā ſedē apoſtolicam ſpecialiter deputato ꝑſonaliter conſtitutus
diſcretus vir Anthonius Riera clericus Valentinenſis dioceſis
bacalarius in legibus principalis citra tamen ꝓcuratoris ſui re=

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uocationez in quadaz cauſa ſeu cauſis q̄ vertitur vertuntur / ſeu
verti ⁊ eſſe ſperant̄ inter dictū Anthoniū p̄ncipalē ex vna parte /
⁊ religioſuz virū fratrē Nicholaū aymerici heretice prauitat̄ in
regno Aragonie inq̄ſitorē de ⁊ ſup̄ nonnullis articulis fidez tan
gentib⁹ ⁊ ip̄oꝝ occaſionē parte ex altera. In q̄ ad nonnullos act⁹
etiā corā eodē dn̄o cardinali iudice ⁊ commiſſario citra tamen con
cluſionē int̄ dictas partes extitit ꝓceſſuz. Et tandē copiā ſiue ce
dulā cuiuſdā lr̄e apoſtolice p̄ felicis recordationis dn̄z Gregoriū
papā vndecimū vt idē Anthonius aſſeruit facte eidez dn̄o cardi
nali tradidit atq̄ʒ dedit cuius tenor ſeq̄tur ⁊ ē talis.
¶ GREgori⁹ Ep̄s ſu⁹ ſuoꝝ dei venerabilib⁹ fratribus Ar=
chiep̄o Terraconeñ. eiuſq̄ʒ ſuffraganeis ſalutē ⁊ ap̄licā benedi=
ctionē. Conſeruationē puritat̄ catholice fidei quā multi nequā ⁊
ſcelerati ſuis falſis aſſertionib⁹ maculare nitentes int̄ triticū pu
rū agri dn̄ici peſtiferū ſemen zizanie ſeminant. Cū ad nr̄um preci
pue ſpectet officiū vt euellamus praua ⁊ deſtruamus ꝑuerſa pro
uidere ſalubrit̄ / ⁊ aīarū illaq̄ationib⁹ obuiare confeſtiz plenis de
ſiderijs affectantes oportuna in hijs / q̄ poſſum⁹ remedia ſtudio
paſtoralis ſollicitudinis adhibemus. Dudū ſiq̄dē dilectus filius
Nicholaus aymerici ordinis fratrū predicatoꝝ ꝓfeſſor in ſacra
theologia magiſter in regnis Aragonie / Valentie / ⁊ Maioricaꝝ
inq̄ſitor heretice prauitatis nobis expoſuit / ſe in regnis eiſdē inue
niſſe viginti volumina diuerſoꝝ libroꝝ in vulgari ſcriptoꝝ a q̄daz
Raymundo lull ciue Maioricarū editoꝝ in q̄bus [vt ipſi inq̄ſito
ri videbat̄] multi continebant̄ errores / ⁊ hereſes manifeſte / ⁊ ꝙ
non nulli de predictis / ⁊ alijs regnis libris vtebant̄ eiſdē / ⁊ eorū
doctrine dabant fidē non modicā in grande ſuarū periculū aīaꝝ.
Supplicauitq̄ʒ nobis inq̄ſitor ipſe vt ne ſimplices deciperentur ex
libris ipſis dignaremur in hac parte de oportuno remedio proui
dere. Nos aūt cupientes animarū iā forſan imbutarū ⁊ q̄ imbui
poſſent ex ꝑuerſo dogmate dictorū libroꝝ ꝑiculis celeriter obui
are / dictos libros p̄ venerabilē fratrē noſtrū Petrū Epiſcopum
Hoſtienſem / ⁊ p̄ ꝙ plures etiā vltra vigeneum numerū in eadez
theologia magiſtros examinari fecimus diligenter / per quorū re
lationem tandem habuimus ꝙ ipſi dictos libros omnes cū mul
ta diligentia legerant ⁊ examinauerant / et ꝙ vltra ducentos ar=
ticulos erroneos / ⁊ hereticales inuenerunt in eiſdem. Super
q̄bus inter eoſdem Epiſcopum / et magiſtros ſepius / et demum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

coraz nobis habita diſputatione ſolemni ipſos articulos quos ad
vitandum ꝓlixitatis tediū/ ⁊ horribilitatē eorū haberi volumus
preſentibus pro expreſſis errores ⁊ manifeſte hereticales de dic
toꝝ Epiſcopi/ ⁊ magiſtroꝝ concordi conſilio cenſimus deputan=
dos. Cū aūt ſicut inqſitoris prefati continebat aſſertio in predictiſ
regnis alij libri q̄ aſſeruntur editi a iā dicto Raymundo reperiri
dicantur/ q̄bus huiuſmodi iā repti/ ⁊ alij errores hereſes credun
tur ꝓbabiliter ꝯtineri/ Nos volentes de huiuſmodi alijs libris ⁊
eoꝝ doctrina informari plenarie/ ⁊ ſuꝑ eis ꝓuidere ſalubriter ne
fideles in errores huiuſmodi dānabiliter ꝓlabantur fraternitati
vr̄e de fratrū minoꝝ ꝯſilio ꝑ apoſtolica ſcripta cōmittimus ⁊ man
damus/ q̄tenus diebus dominicis/ ⁊ feſtiuis in ſingulis vr̄is eccle
ſijs Cathredalibus/ ac curatis necnon religioſoꝝ quorūcunq; or
dinis exēptoꝝ/ ⁊ non exēptoꝝ etiaz Ciſtercieñ/ Cartuſieñ/ ⁊ Clu
maſteñ/ Premoſtraceñ/ Brādinoceñ/ ſanctoꝝ Benedicti/ ⁊ Au
guſtini/ ac fratrū Predicatoꝝ/ Minoꝝ/ ⁊ Heremitarū eiuſdē ſa
ncti auguſtini/ ⁊ Carmelitarū/ ⁊ alioꝝ ordinū vr̄aruz ciuitatuz et
dioceſuz intra miſſarū ſolēnia exiſtentibus populis ad diuina/ et
in predicationibus ꝑ vos vel alios q̄ꝫ cito comode poteritis faci
atis proponi/ ⁊ ſingule ꝑſone vtriuſq; ſexus cuiuſcunq; ſtatus or
ordinis vel ꝯditionis exiſtant earundē veſtrarū ciuitatū ⁊ dioce
ſuz ſeu cōmorantes in eis hn̄tes libros quoſcunq; a prefato Ray
mundo editos/ vt prefert̄ ipſos infra vnius menſis ſpatiū vobis
aſſignare/ ⁊ illi/ q̄ ſciunt alias ꝑſonas libros eoſdē hn̄tes eas vob̄
reuelare ⁊ nominare ꝓcurent. Voſq; libros recipi faciatis eoſdē
quos cū eos habueritis q̄ꝫ cito poteritis curetis nobis fidelit̄ de
ſtinere/ vt ip̄os ſimili examini ſubicere valeamus. Ceteruz qz
doctrina/ ſeu potius docmatizatio predictoꝝ libroꝝ examinatorū
repitur erronea/ hereticalis/ ⁊ periculoſa nimiū animabus/ ⁊ ve
hemens ſuſpicio eſt habenda ꝙ in alijs libris editis a dicto Ray
mundo ſimiles/ vel alij vt prefertur continentes errores. Man
damus ꝙ oībus ⁊ ſingulis eiſdem ꝑſonis veſtrarū ciuitatū ⁊ dio
ceſum doctrinā ſeu potius docmatizationē ⁊ vſum huiuſmodi li
brorū interdicere ſtudeatis. Donec ſuper hijs per Sedē apoſtoli
cam aliud fuerit ordinatū. Contradictores ꝑ cenſurā eccleſiaſti
cā appellatione poſtpoſita cōpeſcendo. Non obſtantibus ſi aliqui
bus cōmuniter vel diuiſiz a Sede apoſtolica ſit indultū ꝙ inter=
dici/ ſuſpēdi/ vel excomunicari aut extra vl' vltra loca certa ad iu
diciū vocari nō poſſint ꝑ litteras apoſtolicas non facientes plenā

(c) 2006 Ministerio de Cultura

⁊ expreſſaȝ ac de verbo ad verbuȝ de indulto huiuſmodi mentio
nē. ⁊ q̄buſlibet exemptiōbꝰ / ac alijs priuilegijs / ⁊ litteris apoſto
licis q̄buſcunq̧ locis / pſonis / vel ordinibus ſub quacunq̧ forma
vel expreſſione verboꝝ ab eadē ſede conceſſis. De q̄bus quoꝝū
q̧ totis tenoribus etiā de verbo ad verbū in noſtris litteris men
tio ſit habenda ⁊ per q̄ preſentis mandati noſtri effectus valeat
q̄modolibet impediri. Inſup volumus q̧ p te frater archiepiſco
pe tenor preſentis ſub tuo vel officialis tui ſigillo nobis fratres ſu
ffraganei tranſmittatis cui p vos adhiberi volumus vel vt ipſis
originalibus plenā fidē. Datū Auinioni viij. kal's februarij ponti
ficatus nr̄i Anno ſexto. ¶ Qua ſiq̄dē copia / ſiue cedula p dic
tū Anthoniū dn̄o cardinali memorato tradita. Idē Anthonius
ipm dn̄m cardinalē inſtanter req̄ſiuit q̄tenus venerabilibus virꝭ
litterarū apoſtolicaꝝ regiſtratoribus p ſuas lr̄as ſcriberet eiſq̧ ni
hilominus auctoritate apoſtolica ſibi in hac parte cōmiſſa preci=
peret ⁊ mandaret / vt p litteras in dicta cedula contentas in regi
ſtris eis cōmiſſis diligenter p̄q̄rerent ſi eas reperirent ſumptū ſiue
tranſumptū earūdē clauſuȝ ⁊ ſigillatū ꝑ vt moris ē in talibus fie
ri / ac ita ⁊ taliter q̧ eis fides adhiberi valeret prefato dn̄o cardi
nali tranſmitteret expenſis moderatis dicti Anthonij vt ipo me=
diante poſſet ⁊ valeret partibus ſup̄dictis debitū iuſtitie admini
ſtrare / qm̄ prefatus Anthonius ꝑ ſui iuris fundamento ſumptū
predictaꝝ lr̄aꝝ corā dicto dn̄o cardinali vt aſſeruit ꝓducere intē
debat. Qui q̄dē dn̄s cardinalis / ⁊ commiſſarius attendēs q̧ iuſta
petentibꝰ non eſſet denegandus aſſenſus ſup̄dictaꝝ lr̄aꝝ apoſto
licaꝝ regiſtratoribꝰ modo ⁊ forma p dictū Anthoniū ſupius peti
tis p ſuas lr̄as auctoritate ap̄lica ſcripſit ⁊ mandauit: ipaſq̧ p por
teriū ⁊ nuntiū ſuū iuratū eiſdē regiſtratoribꝰ preſentari fecit. qui
porterius poſtmodū dn̄o cardinali iudici ⁊ commiſſario memora=
to / ac mihi notario infraſcripto rettulit q̄liter dicti dn̄i lr̄aꝝ ap̄lica
rū regiſtratores in regiſtris eis commiſſis anni ſexti prefate felicis
recordationis dn̄i Gregorij pape vndecimi diligent̄ p̄q̄ſiuerunt:
⁊ facta diligenti p̄q̄ſitione eidē porterio / vt aſſeruit dixerunt q̧ in
eiſdē regiſtris lr̄as in ſup̄ ſerpta papiri cedula ꝯtentas non repie
runt regiſtratas. ¶ Subſeq̄nter aūt venerabilis vir dn̄s Johā
nes Abonis vnus de lr̄aꝝ apoſtolicaꝝ regiſtratoribꝰ in mei nota
rij predicti / ⁊ teſtiū fide dignoꝝ preſentia dn̄o cardinali iudici / et
commiſſario rettulit ⁊ dixit q̧ dictā cedulā in regiſtro ſibi commiſſo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

anni ſexti dicti dñi Gregorij ꝑ ſuos clericos non ſolum ſemel/ſed
pluries diligenter perq̄ri fecit/ ⁊ ꝙ littere in ſepe dicta cedula cō
tente in ſuo regiſtro non fuerunt/neqꝫ erant regiſtrate. Deinde
prefatus porterius ⁊ nuntius iuratus litteras dicti dñi Cardina
lis vna cū cedula/ ſiue copia p̄inſerta predicto dño Cardinali re
portauit: ⁊ mihi notario infraſcripto in preſentia teſtiū infraſcrip
toꝝ rettulit ⁊ dixit ꝙ venerabiles viri dñi Bernardus fortis alt
regiſtratorib9
de litterarū apoſtolicaꝝ regiſtrator ⁊ Johānes ludouici camere
apoſtolice notarius in dorſo dicte cedule ſiue copie ꝑ ip̄m vt pre
mittitur reportare/ ⁊ vt prefert̄ preinſerte ſcripſerunt in hūc mo
dū q̄ ſeq̄tur. ¶ Notū ſit oībus ꝙ ego Bernardus fortis litteraꝝ
apl'icarū regiſtrator ꝑq̄ſiui diligenter regiſtrū mihi comiſſuꝫ anni
ſexti ſctē memorie dñi Gregorij pape vndecimi/ ⁊ ꝙ in eodeꝫ re
giſtro lr̄as in preſenti cedula papiri annotataſ non reꝑio regiſtra
tas. Jn cui⁹ rei teſtimoniū hic manu ꝓp̄a ſubſcripſi ⁊ ſignaui die
nona iulij anno a natiuitate dñi Milleſimo trecenteſimo nona=
geſimo q̄nto. Bernardus fortis regiſtrator. ¶ Notum ſit oībus
Q. ego Johānes ludouici camere apoſtolice notari⁹ ꝑq̄ſiui dili=
gent̄ regiſtrū lr̄aruꝫ apl'icarū eandē camerā tangentiū anni ſexti
pontificat⁹ ſctē memorie dñi Gregorij pape vndecimi ⁊ ꝙ in eo
dē regiſtro lr̄as in preſenti cedula papiri annotatas non reꝑio re
giſtratas. Jn cuius rei teſtimoniū hic manu ꝓp̄a me ſubſcripſi ⁊
ſignaui die nona iulij anno a natiuitate dñi Milleſimo trecenteſi
mo nonageſimo q̄nto. Jho. xti. ¶ Tandē die ⁊ hora infraſcriptis
coraꝫ dño cardinali iudice ⁊ comiſſario prefato in meiqꝫ notarij
publici ⁊ teſtiū infraſcriptoꝝ ad hec ſpecialit̄ vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ
preſentia ꝑſonalit̄ ꝯſtitut⁹ predict⁹ Anthoni⁹ Riera citra tamen
ꝓcuratoris ſui reuocationē ⁊ de premiſſis oībus ⁊ ſingulis man
dato relationib⁹ ⁊ alijs ſuꝑ̄ſcriptis ⁊ deſignatiſ a tp̄re traditionis
dicte preinſerte cedule ⁊ citra factis petijt ſibi fieri vnū vel plura
publicū ſeu publica inſtrumentū ſeu inſtrumēta ꝑ me notariū pu
blicū infraſcriptū: Acta fuerunt hec Auinioni in domo h̄itatio
nis dicti dñi cardinalis hora nona vl' q̄ſi/ſub āno a natiuitate dñi
Milleſimo trecēteſimo nonageſimo q̄nto/in ditiōe tertia die ſab
bati decima menſis iulij/ pontificat⁹ ſctiſſimi in xp̄o patris ⁊ dñi
nr̄i D. B̄n̄dicti diuīa ꝓuidentia pape xiij. anno p̄mo/preſentibus
ibidē venerabilib⁹ viriſ dñis Durādo tondutij in decretis licenci
ato dicti dñi cardinalis camerario/ac magr̄o Dominico pauardi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In vtroq₃ iure bachallario ac in romana curia ꝑcuratore testib⁹
ad ꝑmiſſa vocatꝭ ſpecialiť ⁊ rogatis.  Et ego Thoyco ro=
dulfi de comicauilla clericus Terra coneñ. dioceſis publi
cus impiali auctoritate notari⁹ ac prefati Reuerendiſſimi in xp̄o
patris ⁊ dñi Cardinalis iudicis ⁊ comiſſarij / ⁊ cauſe huiuſmodi
corã eo ſcriba / ꝑmiſſis oibus ⁊ ſingulis / dũ ſic [vt ꝑmittiť] agerẽ
tur ⁊ fierent vna cũ prenominatis teſtib⁹ preſens interfui eaq₃ ſic
fieri vidi / ⁊ audiui. Ideoq₃ hͦ pñs publicũ inſtrumentũ ꝑ aliu₃ me
alijs occupato negocijs ſcriptũ in hanc publicã formã redegi hic
q₃ manu ꝓpͣa ſubſcripſi ⁊ ſigno meo ſolito ⁊ ꝯſueto ſignaui rogat⁹
⁊ reqͥſitus in fidẽ ⁊ teſtimoniũ oĩu₃ ⁊ ſinguloꝝ predictoꝝ. ¶ Itẽ
ad ꝓbandũ ſubreptionẽ predicte bulle dixerunt ꝙ poſito: ſ₃ non
affirmato immo expreſſe / ⁊ cũ oĩ veritate denegato ꝓ ut ꝑ ſupius
poſita ẽ oſtenſu₃ / ꝙ bulla ſupdicta fuerit a curia emanata / tamen
nullomodo poterat ſcuſari qn fuerit ſbrepticie / ac etiã obrepticie
impetrata / eo ꝙꝛ errores / ſeu articuli erronei ⁊ hereticales / q̃ in
dicta bulla generaliť vt prediciť ⁊ ꝯfuſe aſſeruntur in libris docto=
ris Raymundi ꝯtineri: in ip̄is nuſq₃ inueniunť: bñ inueniunť loca
a q̃bus nimis malicioſe fuerunt cũ falſitate abſtracti ſiue trãſlati
centũ articuli q̃s dict⁹ inqͥſitor affirmauit eſſe de numero illoꝝ in
bulla ꝯfuſe tractoꝝ inſerendo ip̄os ſic falſificatos in q̃dam q̃terno
ſua ꝓpͣa manu ſcripto nominato in inſtrumẽto ſtati₃ inferi⁹ inſerto
ꝯdẽnatio. In q̃ q̃terno ſunt poſita nomia libroꝝ ⁊ ſeries articuloꝝ
Nam ip̄i centũ articuli cõprobati cũ libris doctoris inueniunť in
dicto q̃terno modo ꝑ additionẽ / modo ꝑ abſtractionẽ / modo per
imitationẽ intentionis p̄dicti doctoris falſo modo aſſumendo ſeu immutatione
inťpretando ip̄a₃: modo ꝑ poſitionẽ truncatã ṽboꝝ dicti catholici
doctoris hereſi ⁊ errorib⁹ maculati / ſ₃ ꝓut ſunt ip̄i predicti centũ
articuli in ſua integra ṽitate in libris doctorꝭ originalis ſcripti in
ueniunť ṽi ⁊ catholici ⁊ a rubigine hereſis oĩno alieni. Et ad fa
ciendã verã demõſtrationẽ falſe tranſlationis ſeu inťpretationis
articuloꝝ predictoꝝ ꝓduxerunt in ſui p̄ma forma quodã publicũ
inſtrumentũ actũ ꝑ Reuerendũ magiſtrũ Bernardũ ermengan
di ꝓuintialẽ predicatoꝝ / ⁊ inqͥſitorẽ heretice prauitatꝭ in ꝓuintia
Aragonie de q̃da₃ examinatione ꝑ ip̄m cum magris in theologia
Monaſterij predicatoꝝ Barchinoñ. ⁊ Monaſterij fratrũ mino
rũ dicte ciuitatis facta de quodã libro dicti doctoris intitulato de
ph̄ia amoris: in q̃ libro falſe affirmať inť p̄tata in dicto q̃terno ꝓpͣa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

manu dicti fratris Nicholai aymerici ſcripto q̃ quatenus pro vt
ſupius continet̃ condẽnatio in ꝓrimo dicto inſtrumento nuncu=
pat̃: ꝙ erant inuenti tres articuli erronei ⁊ hereticales ꝓ vt pre
dicta falſitas in predicto inſtrumento examinationis fuit autenti
ce declarata cuiuſq̃dẽ inſtrumenti [ qđ fuit ꝑ pendens ſigillũ ma=
giſtri Bernardi ermengandi ꝓuintialis ⁊ inq̄ſitoris predicti ⁊ ꝑ
ipſius ⁊ alioꝝ predictoꝝ magiſtroꝝ ordinũ predicatoꝝ ⁊ minoꝝ ſu
bſcriptiones manu ꝓpͣa cuiuſlibet ipoꝝ roboratũ [ tenor talis eſt.
¶ NOTI Erint vniuerſi ꝙ die ſabbati nona decima Madij
anno a natiuitate dñi Milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto
in preſentia mei notarij ⁊ teſtiũ ſubſcriptoꝝ exiſtentibus ꝑſonali
ter in monaſterio fratrũ minoꝝ Barchinone reuerẽdo patre ma
giſtro Bernardo ermengãdi ꝓuintiali predicatoꝝ ⁊ inq̄ſitoꝛ here
tice prauitat[is] in ꝓuintia Aragonie: nec non ⁊ frater Anthonius
falq̄ti: fratre Franciſco marmandi in ſacra pagina magiſtris de
dicto ordine predicatoꝝ. fratre Arnaldo pegrino ꝓfeſſore illuſtri
ſſime dñe regine Aragonũ: fratre Bernardo broil in eadẽ ſacra
pagina magr̃is. fratre Berẽgario laq̄ti cuſtode. fratre Guilermo
arago lectore. fratre Dalmatio ď caſclario. fratre Johãne de pa=
gueria bacalario ꝯuentualibꝰ Barchiñ. dicti ordinis fratrũ mio
ꝝ in camera ſcʒ ſiue cella: quã ꝑfatꝰ religioſus magr̃ Arnaldus ꝑ
egrini tenet in dicto monaſterio fratrũ minoꝝ. prefatꝰ reuerẽduſ
dñs inq̄ſitoꝛ dixit ⁊ ꝓpoſuit ꝙ ad inſtantiã q̄rundã amicoꝝ vene
rabilis Raymundi lull q̄ndã ciuis maioꝛicaꝝ ipe ꝓ infraſcriptis
vocauerat ad ꝯſiliũ oẽs dictos magr̃os ⁊ fratres. ⁊ narrauit ibidẽ
quomodo tempore Sanctiſſimi in Chriſti patris ⁊ domini domi
ni Gregorij ſancte memorie pape vndecimi Reuerendus pater
magiſter Nicholaus aymerici ordinis predicatoꝝ tunc inq̄ſitoꝛ
heretice prauitatis in ꝓuincia Aragonie fecerat condẽnari aliq̄s
articulos: q̄s dicebat ſe inueniſſe in diuerſis libꝛis dicti Raymun
di lull nominando ipſos libꝛos. Inter quos aũt articulos erant
vt dixit ibidẽ dñs inq̄ſitoꝛ magiſter Bernardus Tres quos ideʒ
magiſter Nicholaus dicebat ſe inueniſſe in quodã libꝛo facto ꝑ
dictũ Raymundũ lull intitulato de philoſophia amoꝛis. quos ar
ticulos dictus venerabilis dñs inq̄ſitoꝛ magiſter Bernardus er
mengandi tradidit mihi notario in ſcriptis compoſitos in latino
ſunt iſti. ¶ Primus ꝙ deus hẽt multas eſſentias. ¶ Secundus
ꝙ in faciendo bonũ non oportet ſpectare ꝙ deus incipiat: q2 iam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

incepit qñ nos creauit. ⁊ pro conſeruatione nr̃a mundū nobis de
dit vt ei ſeruiamus ⁊ eū honoremus. ¶ Tertius eſt q̄ v̄tus ē ita
bona/⁊ quātitate magna q̄ oīs hō poteſt eā habere ꝓ ſua volun
tate. Dixit etiā ⁊ aſſeruit idē dñs inq̄ſitor magiſter Bernardus
q̄ ipſe viderat ⁊ recognouerat prefatū librū philoſophie amoris
⁊ q̄ non inuenerat in dicto libro dictos articulos condēnatos vt
iacebant condēnati. licet inueniſſet in eodē libro tres articulos a
q̄bus dicti tres articuli condēnati fuerunt abſtracti. quos ſimilr̄
idē dñs inq̄ſitor frater Bernardus tradidit mihi dicto notario vt
erant ſcripti in ipo libro de philoſophia amoris. quē in manu tene
bat ſcriptū in vulgari ⁊ ſunt iſti. ¶ Primus. Queſtio. Graneſa
de amor dix lamich en mon amat ha moltes eſſenties. Solutio
Amich dix graneſa de amor: en les diffinicióś compoſtes al meu
capitol es ſignificat q̄l amich es tan ligat ab ſon amat per vna eſ
ſencia damdos/q̄ nos poden departir. ¶ Secundus ponitur ſic.
Dones e donzelles damor dix lamich manifeſta raho es q̄l amat
vol eſſer honrat en lo mon toſtēps/e vol ſaluacio de homēs e no
damnacio. E per ayço nengu no pot: ne deu inculpar lamat q̄ ell
no vulla eſſer honrat ne ſaluacio de gents: ꝑ q̄ lo defalliment no
es de part de deu mas es de part dels homens: q̄ nol volen hon
rar. E voſaltres iam hauets dit q̄ nous cal q̄ yous prech q̄ ſiats
en mon amor: ans ne pregats voſaltres q̄ yo vos hi vulla metre.
En axi es de deu nous cal ſperar q̄ ell començ car ja ha comen=
çat en quant ha los homens creats/e lo mon lus ha donat perço
quel tenguen en lur cor en lo mon honrat. Comenſez donchs ha
honrar lamat e anem ꝑ lo mon ça e lla ꝑ honrar lamat. ¶ Terti
us articl'us ponit̄ ſic ad litterā. Amadors los āgels/cel/ elemēts
plantes/beſties/homēs/e tota res qualq̄ſia ha virtut ꝑ la virtut
de mon amat. car en axi cōpren la ſua virtut totes altres virtuts
com la ſua boneſa totes les altres boneſes. e la ſua graneſa totes
altres graneſes. E tot hom q̄ vulla hauer morals virtuts per a
mor dela virtut de mon amat ne pora aytantes hauer e en aytan
ta boneſa e graueſa com ne pora voler. ¶ Quib⁹ prolatis ⁊ nar
ratis dictus Reuerendus dñs inq̄ſitor magiſter Bernardus er
mengandi interrogauit oēs ſupius nominatos magiſtros in theo
logia ⁊ alios ſupdictos fratres theologos. q̄ ibi erant collationez
ſup hijs facientes ſi dicti articuli [vt in latino iacent condemnati]
⁊ ſupra ſunt inſerti/erant in dicto libro philoſophie amoris/vel ſi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poterant elici ex dictis poſita in libro predicto. Etiam interroga
uit ſi dicti articuli. vt iacent in dicto libro eo modo quo dictū ē: vt
ſupra ſunt inſerti: ſunt boni ⁊ v̄i ⁊ catholici. Et oēs dicti magiſtri
⁊ alij fratres ꝑ dictū dn̄m inq̄ſitorē magiſtruꝫ Bernardū interro
gati ꝑ capta tenentes ⁊ legentes ibi corā oībus predictos tres
articulos condemnatos ⁊ predictum libruꝫ de ph̄ia amoris dixe
runt ꝙ ſemel ⁊ plures q̄libet ꝑ ſe viderat ⁊ cognouerat aſſidue ⁊
diligenter predicta. ⁊ ꝙ dicti articuli condēnati vt iacebant ⁊ ſu
pra ſunt inſerti: non erant in dicto libro: nec poterant elici ab eo. ⁊
ꝙ articuli ſupradicti poſiti in libro predicto ph̄ie amoris erant
boni/veri/⁊ catholici. Dixerunt pretea ⁊ affirmauerunt oēs pre
dicti magr̄i ⁊ fratres ꝙ eſto ꝙ dicti articli poſiti ꝑ dictū venerabi
lē Raymundū lull eo modo q̊ ſunt poſiti vt ſup̄ ſunt inſerti in vul
gari ab oībus poſſunt videri v̄i ⁊ catholici: multomagis legendo
precedentia ⁊ ſeq̄ntia ip̄ius libri. ⁊ inſpectis alijs ſuis libris patet
clare vt dixerunt predictos ſuos articulos eſſe v̄os ⁊ catholicos
⁊ articulos condēnatos nullo modo eſſe ſuos nec ſue intentionis
¶ Nā vt dixerūt de eſſentia dei: de quo ē p̄mus articulus/loq̄r
dictus venerabilis Raymundus lull in quodā libro intitulato de
infinito eſſe in capitulo de trinitate in fine parraffi in hunc modū
vt dixerunt. Dicimus aūt ꝙ producens ē deus pater. ⁊ produc
tus deus filius. ⁊ procedere ē deus ſp̄us ſanctus. tres perſone di
ſtincte in numero ⁊ vnus deus ⁊ non plures ⁊ vna eſſentia ſubſ
tantia ⁊ natura. ¶ Itē dixerunt contineri in alio libro intitulato
de dei ſanctitate quaſi in p̄ncipio dicendo ꝙ deus ſanctus eſt ⁊ q̄
libet ſua dignitas ſancta ē concludit [vt dixerunt] ꝙ vnꝰ ē deus
vna ſanctitas/eſſentia/ſubſtantia/⁊ natura. ¶ Etiam vt dixe=
runt in alio libro intitulato de eſſentia perfecta in capitulo de eſ
ſentia dei quaſi in fine dicti capituli vbi loquitur de dignitatibus
diuinis dicit ſic vt dixerunt. Quelibet iſtarū ſignificat eſſentiaꝫ
non aūt dicimus plures eſſentias/ ſed vnam diuinam eſſentiam.
quam vocamus deitatem. ¶ Etiam dixerunt predicti magiſtri
⁊ fratres ꝙ verba infraſcripta contenta vt dixerunt ibidem in li=
bro predicto philoſophie amoris in capitulo intitulato de neceſſi
tat e de amor in ſecundo parraffo vbi vt dixerunt continetur ſic.
No poden eſſer nombrats en eſſentia damor amich/e amat ſens
vera differentia dabdos. apparet euidenter vt dixerunt ꝙ dictus
venerabilis Raymundus lull loquutus fuit in ſolutione q̄ſtionis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicti p̄mi articuli de eſſentia amoris τ non de eſſentia diā. ¶ De ſecundo vero articulo condēnato vbi continetur ꝙ in faciendo bonū τc̃. dixerunt dicti magiſtri τ fratres/ ꝙ dictus venerabilis Raymundus lull in ſuo articulo poſito in vulgari vt ex eius teno re clare liq̄re dicebant loq̄tur de amore τ non de opatione bona facienda ſic̃ ſonat articulus condēnatus. Et ad iſtoꝝ euidentiā affirmarunt predicti magr̃i τ fratres ꝙ in quadam q̄ſtione facta vt dicebant in dicto libro phie amoris in capi. intitulato deles o bres de deu/ e d amor demonſtrauit dictꝰ Raymundus lull ſe be ne ſcire credere τ intelligere ꝙ deus hēt occurrere in q̄libet bona opatione dicit.n. ſic̃ dixerunt. Queſtio. Quant ha lamat obra en home? E reſponch lamich. lamat ha tota hora obra en home ab miga e ſens miga. ab miga en q̄nt li fa fer hū be ab altre. ſens mi- ga en q̄nt p ſi mateix lo mou a fer be. Q̄dꝫ in alio loco dicti libri phophie amor/ vꝫ in capi. intitulato de libertat d amor in fine pe nultimi parraffi dmōſtrat dictꝰ venerabilis Raymundus lull vt ſup̄dicti dixerūt ſe ſcire τ credere ꝙ aliq̄s ſine auxilio diuo nō pōt bū opari. Dicit ſiq̄dē. q̄l amich a amor. io volria donar a mō amat tot ço q̄ ell me ha donat ço es a ſaber τc̃. y diu apres empo yo no puch donar ſens q̄ ell no mo faça donar. Vn̄ dixerunt τ affirma uerūt oēs dicti magr̃i τ fratres ꝙ dictꝰ venerabil Ray. lull in iſto ſecundo articulo non loq̄bat̃ ſcdꝫ formā nec intentionem articuli condemnati: ſed loq̄batur de dei amore q̄ ab eterno nos dilexit.

¶ De tertio autē articulo condemnato vbi continetur ꝙ virtus eſt ita bona τc̃. dixerunt dicti magiſtri τ fratres ꝙ dictus venera bilis Raymundus lull in ſuo articulo poſito in vulgari loquit̃ ſo lum de virtutibus moralibus τ non de gratuitis prout apparere dicebant in ip̄o tertio articulo ſupius inſerto. Q̄m in alio loco dic ti libri in capitulo intitulato del ſolas del amor in ſeptimo parra- fo demonſtrat dictꝰ venerabilis Raymundus vt dixerunt ꝙ pre dicta non intelligit de ꝟtutibus gratuitis vbi dicit/ q̄ parlauen la mich e lamor de tempança/ e deſperança/ q̄ ſon carreres per les quals amadors van alamat. E dix lamich q̄ p trempança q̄es gran e bona ꝟtut ſperaue hauer la gloria de ſon amat. Acuſa la- mich a ſon amat τc̃. E diu apres quel amat trames iuſticia al a mich pço q̄l punis. perço car p ſos merits cuydaua hauer ſaluaci o. Dixerunt etiā dicti magiſtri fratres ꝙ in alijs locis dicti libri philoſophie amoris videt̃ clare ꝙ dictꝰ venerabilis Raymūdus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lull loquebatur de dicto articulo ꝛ de aliȷ̈s ſupius contentis regu
late / bene / ꝛ catholice. Et ideo oẽs tã dictus Reuerendus inqſi
tor magiſter Bernardus ermengandi / ꝗ̃ dicti aliȷ̈ magiſtri ꝛ fra=
tres ſupius nominati in dicto loco congregati vnanimiter concor
dantes / nemine diſcrepante / narratione facta ꝺ̃ predictis vt ſupi
us eſt dictũ / in preſentia mei dicti ꝛ infraſcripti notariȷ̈ ꝛ teſtiũ in
fraſcriptoꝝ ꝯcluſerunt ꝛ dixerunt ibidẽ ſingularit̃ ꝛ diſtinte. ꝓmo
ꝑ dictũ inqſitorẽ ſua intẽtione ꝓbata ꝙ dicti articuli [vt iacent ꝯ
dẽnati] in condẽnatione bene fuerint condẽnati: tamen non ſunt
cõſcripti in dicto libro phie amoris nec ab eo / nec a contentis in
eo poterant elici nec intelligi formalit̃ nec eq̃polenter / tacite vel
expreſſe / directe nec etiã indirecte. immo ipſi articuli condẽnati /
q̃ ſupius ſunt inſerti in latino / male dicto libro fuerunt attributi.
Et ꝙ articnli predicti in vulgari poſiti in dicto libro philoſophie
amoris: q̃ ſupius. pariter ſunt inſerti ſcḋꝫ precedentia ꝛ ſeq̃ntia ꝛ
modũ loq̃ndi doctoris ſunt boni fideles ꝛ catholici ꝛ nulla rubi=
gine hereſis maculati / predicta vt dixerunt ꝑ concluſionibus ca
pientes. ¶ Quibus ſic factis ꝛ dictis in ꝯtinenti venerabilis
Johãnes lulliȷ̈ ibidẽ preſens ꝛ vices portãs in hac parte vt dixit
ꝛ noĩe ſuo ꝛ oĩuꝫ dictoꝝ amicoꝝ venerabilis Raymundi lull peti
it ſibi de predictis fieri ꝛ tradi tot quot petierit publica inſtrumẽ
ta ꝑ me notariũ infraſcriptũ ad habendũ memoriã de predictis.
Que fuerunt facta in dicto monaſterio fratrũ minoꝝ Barchino
ne in cella predicta die ꝛ anno predictis. preſentibꝰ religioſis fra
tre Bernardo. fratre Anthonio de fonte. fratre Michaele pereç
conuentualibus dicti monaſteriȷ̈ fratrũ minoꝝ ad hec vocatis ꝓ
teſtibꝰ. ꝛ me Petro dalmaciȷ̈ notario infraſcripto. ¶ Ego frater
Bernardus ermengandi magr̃ in theologia prior ꝓuincialis fra
trũ predicatoꝝ ꝛ inqſitor heretice prauitatis manu ꝓpria ſubſcri
bo ꝛ ſigillũ ꝓuintialiatus appoſui in pendenti in teſtimoniuꝫ pre=
miſſoꝝ. ¶ Ego frater Anthonius falq̃t ſacre pagine ꝓfeſſor hic
manu ꝓpria ſubſcribo. ¶ Ego frater Franciſcus marmãdi ſa=
cre theologie magiſter hic ꝓpria manu ſubſcribo. ¶ Ego frater
Arnaldus pegrini ſacre theologie magr̃ predictus ſubſcribo ma
nu ꝓpria in teſtimoniũ premiſſoruꝫ. ¶ Ego frater Bernardus
broll ſacre theologie magr̃ predictꝰ ſubſcribo manu propria me
in teſtimoniũ premiſſoꝝ. ¶ Ego frater Dalmatius de caſtelario
predictus manu ꝓꝓa me ſubſcribo. ¶ Ego frater Berengarius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

laqueti predictus manu ꝓpria me ſubſcribo in teſtimonium pre miſſoꝝ. ¶ Ego frater Guillermus arago predictꝰ ſubſcribo me ꝓpa manu in teſtimoniū premiſſoꝝ. ¶ Ego frater Johānes ꝺ pa guera predictus manu ꝓpa me ſubſcribo in teſtimonium premi ſſoꝝ. ¶ Sig



num mei Petri Dalmacij auctori tate regia no tarij publicij Barchiñ. Qui predic tis: dum ꝑ dic tos Reuerendos dños fratrem Ber nardū ermen gandi/ ⁊ alios ſupius nominatos/ in dicta cella cō gregatos fiebāt ⁊ dicebāt/ vna cū p̄ nominatis teſtibꝰ interfui reqſitꝰ/ ⁊ ea in hāc publicā formā ſcribi feci ⁊ ꝓprijs ſubſcriptionibus ipſoꝝ fratrū ac ſigillo prouincialia tus predicti appoſitis clauſi. conſtat aūt de litteris raſiſ in linea tri ceſima ſeptima. tuli. ¶ Itē ad monſtrandū etiā falſaꝫ tranſlatio nē ſeu interpretationē ſupdictā ꝑ dictū fratrē Nicholaū aymeri ci in dicto q̄terno factā ponendo ⁊ affirmando dictū doctoreꝫ er ronee ⁊ heretice velle ꝓbare articulos fidei ⁊ cetera alia/ q̄ ꝑ fidē ſunt credenda/ ꝓduxerunt quandā papiri cedulā ꝯtinentē multa ⁊ diuerſa originalia dicti doctoris ſcripta in diuerſis libris ſuis q̄ ibidē fuerunt cū dictis libris cōprobata. cuius q̄deꝫ cedule tenor talis eſt. ¶ Dominus Raymundus ponit articulos fidei ꝓba biles ſiue demonſtrabiles certo modo inferius aliq̄liter tracto/ a lias dicit ꝙ errores infideliū/ ꝑ quos fides impugnaꝛ non eſſent deſtructibiles. vnde magis falſitas preualeret ꝯtra maiorē veri tatē q̄ eſt veritas fidei. ¶ Itē dicit ꝙ alit̄ labor theologoꝝ eſſet in utilis. nā impoſſibile eſſet eis ꝑuenire ad cognitionē eoꝝ/ q̄ ſunt fi dei circa quā cognitioneꝫ ſemꝑ laborant. ⁊ ſic eoꝝ labor fine care ret ⁊ ꝑ ꝯñs merito ⁊ gloria. ¶ Ulterius ponit/ ꝙ ſi articuli ſunt demonſtrabiles ex eoꝝ demonſtratione ſeq̄tur illuminatio dubi tantiū/ ꝯfirmatio credentiū/ ⁊ directio increduloꝝ/ ⁊ etiaꝫ ſeq̄tur magis dilectio in aīa hoīs. cū certū ſit ꝙ illud bonū qꝺ magis inte lligiꝛ magis diligiꝛ. ¶ Multa alia hēt motiua dictuſ Raymūdus q̄bus laborauit ad ꝓbationē articuloꝝ dei gr̄a adiuuante. ſine q̄ vt ipſe expreſſe dicit talia aſſeq̄ non valerent. Non intellexiſſe vi deꝛ vt ipſe in pluribus locis apte dicit ꝙ articuli demonſtranꝛ nō ꝑ cauſam cū deus non habeat cauſaꝫ ſupˢ ſe/ nec ꝑ effectū cū talis demonſtratio potiſſima non exiſtat nec ſine/ fide q̄ꝛ cū finiti ad in finitū nulla ſit ꝓportio oportet vt mediante fide articuli ⁊ intel lectus hoīs aliq̄liter ꝓportionenꝛ. Minus intelligere videꝛ ꝙ ꝑ



(c) 2006 Ministerio de Cultura

talez demōſtrationez articulo⁊ veritas comprehendat q̄r infinitus non conprehendit a finito/cū finitus habeat terminos limittatos. Videt ꝙ intellexiſſe q̄ talis demonſtratio ſine fide eſt impoſſibilis ⁊ idō ſepe allegat in dict; ſuis dictū Eſaye. Niſi credideritis non intelligetis. Cū fundamento itaq; ⁊ preſuppoſitione fidei ſue intentionis exiſtit intellectū poſſe intelligere obiectū primuz. Et ideo ponit in arte magna formaliter ſic. Quando intellectus intelligit obiectū/primū fides diſponit ipm ad intelligendū ſicut caritas diſponit voluntatē ad amandū ipm obiectū primuz: Et ſicut voluntas non poſſet amare ipm obiectū primū ſine caritate ſic intellectus non poſſet intelligere ipm obiectū primū abſq; fide. ¶ Itē ponit in libro de ciuitate mundi capi. de fide. Fides eſt hītus cū quo intellectus aſcendit ad intelligendum de deo ea vera/q̄ de deo intellectus p fidē credit. qm̄ ad ipa vera intellect⁹ ſine fide aſcendere non pōt p intelligere. ⁊ p hoc inter intelligere ⁊ credere exiſtit concordantia. cū intelligere ⁊ credere ſint ſub eadē potentia. vt puta intellectus q̄ credit vt intelligere poſſit ⁊ hoc ſignificatū eſt p Eſayaz ꝓphetam dicentē. Niſi credideritis non intelligetis. ¶ Itē in eodē libro capi. de fortitudine dicit ſic. dixit Fortitudo ſum hītus moralis cū quo fortitudo voluntatē humanaz ad req̄rendū virtutes/⁊ ad euitandū peccata: ipſa aūt voluntas p ſe nuda non habet poteſtatē ad hoc niſi de me ſit habituata Sicut humanus intellectus q̄ non poteſt p ſe vllū intelligere articulū fidei niſi de fide ſit habituatus. ¶ Itē ponit in libro p̄me ⁊ ſecunde intentionis capitulo de fide. Fides eſt intentione credendi veritatē. quā intellectus neq̄t intelligere. Et ſeq̄tur quaſi in fine dicti capituli. Si vis intelligere filiū id qđ credis ſuppone illud poſſibile eſſe verū. Si eniz ſuppoſueris fides eſt tibi/cuz ſuppoſitio ſit per fidem/⁊ per ipſam eleuatur intellectus ad intelligendū. ſi vero ſupponere nolueris iniuriaris intentioni. quare fides eſt ⁊c̄.

¶ Item ponit in libro intitulato declaratio Raymundi per modum dialogi ⁊c̄. in capitulo ſexto decimo quaſi in p̄ncipio. Fides eſt ipſa virtus que intellectum cogit ad credendum vera de deo que homo non intelligit per neceſſarias rationes. ⁊ ē virtus que hilariter facit volūtatem hominis amare veritates dei quas intellectus ipſius credit. Et ideo fides eſt vna cōmunis cōceptio virtuoſa/⁊ verus habitus in quo intellectus habet paſſionem/⁊ voluntas actionez ⁊c̄. Et ſequitur adhuc Sortes tu q̄ te dicis

S. aug. in li. p°. de libro arbitrio. [illegible] aderit n. deg [illegible] nos intelligere quod [illegible] dim[illegible] facere. preſuppoſi n. p propterea gradum qui ait niſi credideritis nō intelligetis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

te eſſe philoſophum ſcire debes ꝙ fides eſt vt ipſa ſit obiectuꝫ in quo veritates reſtaurentur quas intellectus intelligere non pōt propter aliquod impedimentum. quod venit ex parte ſenſitiue/ aut imaginatiue quas veritates non poſſet attingere ipſe intellectus ſi ſuper ſe non haberet habituꝫ fidei in quo reſtaurarent͛ credendo auctoritates concepte per fidem neceſſitateꝫ cognite. Et talis fides eſt ita intellectui ⁊ voluntati neceſſaria vt ipſe intellectus/ ⁊ voluntas ipſa veritates dei contemplari poſſit. Sicut eſt eis neceſſaria imaginatio/in qua etiam obiecta ſenſitiue valeant attingere que ſunt ſibi abſentia. Que quidem attingere non poſſent ſine imaginatiua que a ſenſitiua accipit obiecta cum fantaſia. Et ſicut ipſa imaginatiua accipit obiecta: ſic ipſa intellectiua ⁊ amatio repreſentat illa quando ſcilicet ipm̄ intellectiuuꝫ ⁊ amatiuuꝫ ipſa obiecta requirunt. Adhuc dico tibi ꝙ fides eſt neceſſaria ad intelligenduꝫ veritates dei. qm̄ in principio in quo intellectus ipſas inueſtigat/ſupponit per fidem ꝙ ipſas attingere poſſit ⁊ inuenire. non ſicut comprehendens: ſꝫ ſicut apprehendēs ⁊ hoc intellectus facere non poſſet ſi ſe habituꝫ fidei in principio inueſtigationis non induceret iuuante tamen gr̄a dei ⁊ tunc tranſit ad intelligendū veritates dei per rationes neceſſarias. cū quibus ante ipſas non intelligebat verūtamen ſemp remanet hītus fidei ſuſtentatus in intellectu ad hoc ꝙ ſi intellectus perdat illas veritates quas attingit ⁊ apprehendit ꝙ recurrat ad habitū fidei ⁊ cū illo illas credat: ſed hoc non faciunt aliq̄ philoſophi q̄ nil ſupponunt de veritatibus fidei ſecundū fideꝫ: ſed ſtant ad hoc ꝙ attingere poſſunt ſcd̄m aliqua ſignificata naturalia repreſentata p effectū. Idcirco multotiens falluntur ꝓpter impedimentū ſenſitiue ⁊ imaginatiue ⁊ de hoc ſup̄ in prohemio exemplū dedimus in vltima poſitione. Et cū tales phī illas veritates ꝑdunt non hn̄t in quo ipē reſtaurent͛. qm̄ hītuꝫ fidei non hn̄t. Idcirco in ipſis eſt infirma phīe ⁊ intellectus ipſoꝝ in errore ſicut guſtꝰ infirmi ad dulcedinē pomi. Ideo dicit q̄dam ſapiens ꝙ ingrediens ad ſcientiā phīe p habitū fidei poteſt in breuiori tempore eſſe phus/ ⁊ habere magnū intellectū q̄ȝ ille q̄ ingreditur ad ipſaꝫ ſine habitu fidei ⁊c. ¶ Item ponit in libro diſputationis intellectus ⁊ fidei in ſecūdo capitulo quod incipit. Tunc intellectui ait fides. quaſi in medio dicti capituli vbi intellectus dicit fidei. Adhuc dico tibi ꝙ tu principaliter non es ꝓpter meritū hominū creatoꝝ: ſed vt deus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſit recolitꝰ intllctꝰ/ ⁊ a ſuo ppſo ſit dilectꝰ cū plꝰ dicat ꝺ bonitate
⁊ nobilitate deū recolere intelligere ⁊ amare/ ꝙ̄ hoīes remunera
re. ¶ Rurſuꝫ dico Suppoſito ꝙ articuli poſſint ꝓbari hoīes non
amitterent meritū intelligendi ⁊ amandi/ qm̄ ſcriptū eſt. Nulluꝫ
bonū dilectū niſi precognitū. ¶ Etiā Eſayas dicit. Niſi credide
ritis non intelligetis. Et ſic patet ꝙ tu fides es diſpoſitio ⁊ prep
atio ꝑ quā ego de deo ſuꝫ diſpoſitus ad res altas. Quare in h̄ ꝙ
ego ꝑ te ſuppono credendo ꝙ poſſuꝫ aſcendere habituo me de te:
⁊ ſic tu es in me/ ⁊ ego in te. Et qn̄ aſcendo ad graduꝫ in q̄ tu es
intelligendo: tu credendo aſcendis gradū ſup me in altiorē. qm̄ ſicͭ
oleū ſup aquā: ita tu ſemꝑ ſup me cōmoraris. ⁊ rō huius eſt qꝛ ha
bes maiorē vigorē in oībus aſcendendi ſupponendo/ eo qꝛ non la
boras ꝗ̄tū ego q̄ qn̄ aſcēdo intelligēdo nunc laboro. Et ſeq̄tur
